Milton,

Peterborough.

3 vols

£10.10-0

SCRIPTORES EROTICI GRAECI. Scriptores erotici Graeci . . . adiecit Christ. Guil. Mitscherlich.

3 vols., 8vo., *contemporary calf, gilt panelled backs and frame sides.* *Deux-ponts*, 1792-94

CONTENTS :—Vol. 1, Achilles Tatius ; Vol. 2, Heliodorus ; Vol. 3, Longus et Xenophontis Ephesiacorum.

SCRIPTORES EROTICI GRAECI

VOLUMEN PRIMUM

ACHILLEM TATIUM

CONTINENS.

ΑΧΙΛΛΕΩΣ ΤΑΤΙΟΥ

ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ

ΕΡΩΤΙΚΩΝ

ΒΙΒΛΙΑ Η

ACHILLIS TATII

ALEXANDRINI

DE

CLITOPHONTIS ET LEUCIPPES

AMORIBUS

LIBRI VIII

GRAECE ET LATINE

TEXTUM RECOGNOVIT, SELECTAMQUE LECTIONIS

VARIETATEM ADIECIT

CHRIST. GUIL. MITSCHERLICH

PROFESSOR GOTTINGENSIS

BIPONTI

EX TYPOGRAPHIA SOCIETATIS

CIↃIↃCCXCII

PRAEFATIO.

CUM Erotici ſcriptores Graeci ab iis fere evolvi ſoleant, qui iam accurata Graecae linguae ſcientia, iudicioque, lectione veterum ſcriptorum ſubacto atque polito praediti hoc ſolum agant, ut, quid ab hac parte ſequioris aevi ſcriptores praeſtiterint, qua arte antiquiores imitando expreſſerint, vel quomodo, a recto tramite devii, ſeculi ſui ſordes prodiderint, atque immiſcuerint, omninoque orationis, ſententiarum, compoſitioniſque rationem cognoſcant; hoc ſibi muneris unice impoſitum exiſtimabit is, qui ad edendos eos animum adiicit, ut textum, quem vocant, quoad eius fieri poſſit, emendate expreſſum exhibeat, qui adeo abſque ulla gravi offenſione tractari atque perlegi poſſit. Primum igitur, cum hanc ſpartam ſuſciperem, idque unicum datum mihi negotium credidi, ut contextum librariorum hallucinationibus typothetarum-

que vitiis, quibus priores editiones ſcatent innumeris, purgatum exhiberem, probiſque vel Codd. lectionibus, quas ab interpretibus allatas reperiſſem, vel adeo virorum doctorum coniecturis, quae firmo ſatis talo incedere viderentur, locum in eo facerem. Quo tamen in genere, ut temeritatis crimen effugerem, emendatioris lectionis fontem in notis diligenter appoſui. In quibus omnino ſecutus ſum hoc, ut virorum doctorum rationes, quibus novam ſeu potius antiquam Achilli lectionem aſſererent, cum ipſorum fere verbis afferrem, meumque qualecunque iudicium interponerem. Raro meas in contextum admiſi emendationes, meamque potius collocandam operam ſtatui in hoc, ut orationem, nova interpunctione facta, melius conſtituerem, atque expedirem, quam ab hac inprimis parte laborare viderem. Superſunt tamen nonnulla loca, quae vel a Codicibus melioris notae, vel a viris doctis, qui in hoc ſcriptore periculum criticum facere volent, adhuc medicinam exſpectant; in quorum maxime gratiam Cruceii verſionem, e bono Codice factam, quae adeo indagandae verae lectioni viam aperire poſſit, adiici curavi. Denique, quo rectius lectores de totius operis ſumma, artificio, atque compoſitione iudicare poſſint, argumentum huius fabulae e Bibliothecae Criticae Amſtel. T. I, Parte II, p. 44, delibatum in ipſa libri fronte apponi iuſſi. Ex eadem Bibliotheca obſervationes quaſdam, quae noſtro ſcriptori

novam passim lucem affundunt, cum suo loco omiserim, hic apponere non gravabor:

Lib. I, cap. 6. Τῇ γαστρὶ μετρήσαντες τὴν ἡδονὴν, est dictio Demosthenica ex Or. p. Corona p. 324, τῇ γαστρὶ μετροῦντες, καὶ τοῖς αἰσχίστοις τὴν εὐδαιμονίαν· quod multi imitando expresserunt; v. c. Cicero Nat. Deor. I, 40, *quae ad beatam vitam pertineant, ventre metiri.* Plutarch. T. II, p. 97. D. Herodian. Hist. I, 6, 2: ὅσοι τε κόλακες τραπέζης, καὶ τὸ εὔδαιμον γαστρὶ καὶ τοῖς αἰσχίστοις μετροῦσιν. Theodoret. de Provid. IX, p. 214.

Ibid. cap. 9. Τὸ σύνηθες τῆς κοινωνίας εἰς χάριν αἰδεσιμώτερον. Sunt Cliniae verba consolantis Clitophontem impatienter amantem. Χάριν pro venero amplexu accipiendum esse, res ipsa suadet, & ita exquisite loquuntur. Sed quid sibi vult; *consuetudo quotidiana maiorem venerationem ad complexum venereum habet?* Vitium est in αἰδεσιμώτερον, in quo licet Eclogae Maximi & Antonii consentiant, ubi hic locus exstat p. 566, tamen corrigendum ἀνυσιμώτερον, i. e. vim habet ad conciliandam venerem. Eleganter haec vox dicitur de persuadendo. Plutarch. T. II, p. 442. C. ἀγωγαῖς, τὸ πειθήνιον ἅπασης ἀνάγκης καὶ βίας ἐχούσαις ἀνυσιμώτερον. Lucianus T. III, pag. 145: ἀνυσιμώτατον — εἶδος διαβολῆς, calumnia, cui facile creditur. Aristaen. I, 15: οὐδὲν — πιθανώτερον πέφυκεν, οὐδ' ἀνυσιμώτερον Ἀφροδίτης.

Lib. II, cap. 31, in capienda fuga dicitur, ὄχημα δὲ εὐπρεπὲς ἡμᾶς πρὸ τῶν πυλῶν ἐξεδέχετο. Cui autem bono *pulcher currus* erat? Lege εὐτρεπὲς, paratus.

Ibid. cap. 35, cum Menelaus dixisset inter alia de puerorum amore, καὶ τὸ κάλλος αὐτοῖς (παισὶ) δριμύτερον εἰς ἡδονήν· reprehendit eum Clitophon his verbis: ποῖ δριμύτερον — ὅτι παρακύψαν μόνον οἴχεται. Reponendum vero ὅγε pro ὅτι.

Lib. VI, *cap.* 20, de Therſandro dicitur, ἀτυχήσας δὲ, ὧν ἤλπισεν, ἀφῆκεν τῷ θυμῷ τὰς ἡδονάς. Interpres in ſuo Codice videtur habuiſſe τοῦ θυμοῦ, cum vertit: *conceptarum animo voluptatum oblitus.* Vulgatam lectionem quis ita interpretari poſſit, *conceſſit voluptates irae:* at nos quidem pro ἡδονὰς corrigimus ἡνίας. Eadem forma p. 270 de Therſandro dictum erat.

Ibid. cap. 21, in verbis Leucippes ad Therſandrum: οὐδὲ τὴν Ἄρτεμιν, εἰπέ μοι, τὴν σὴν φοβῇ; ἀλλὰ βιάζῃ παρθένον ἐν πόλει παρθένου; pro εἰπέ μοι, corrigendum videtur ἐπ' ἐμοὶ, *mea cauſa.*

Lib. VIII, *cap.* 8, Therſander vocat Clitophontem ἐν ἀνδρὸς χώρᾳ τὴν οἰκίαν τὴν ἐμὴν, οὐκ ἐν μοιχοῦ μόνον καθεστηκότα. Levi mutatione legendum κατεσχηκότα.

NOTITIA LITERARIA

DE

ACHILLE TATIO

ex Io. Alb. Fabricii Bibliotheca Graeca, Lib. V, cap. 6.

ACHILLES TATIUS (velut Tatii libertus, vel filius, ut Salmaſio [1] placet) apud Suidam [2] Στάτιος, Alexandrinus, Ethnicus primum, poſt Chriſtianus, ac, ſi eidem Suidae credimus, Epi-

1 Immo Tatii libertum fuiſſe hunc Achillem cenſebat Salmaſ. in notis ad I, 1. Contra Tatii filium habebat Caſaub. ad Athen. Animadv. II, cap. 15, p. 113.

2 Voc. Ἀχιλλεύς· Ἀχιλλεὺς Στάτιος, Ἀλεξανδρεὺς, ὁ γράψας τὰ κατὰ Λευκίππην καὶ Κλειτοφῶντα, καὶ ἄλλα ἐρωτικὰ, ἐν βιβλίοις η'. γέγονεν ἔσχατον Χριστιανὸς καὶ ἐπίσκοπος. ἔγραψε δὲ καὶ περὶ σφαίρας, καὶ ἐτυμολογίας, καὶ ἱστορίαν σύμμικτον, πολλῶν καὶ μεγάλων, καὶ θαυμασίων ἀνδρῶν μνημονεύουσαν. Ὁ δὲ λόγος αὐτοῦ κατὰ πάντα ὅμοιος τοῖς ἐρωτικοῖς. Rhetorem eum vocat Thomas Mag. v. ἀναβαίνω· Ἀχιλλεὺς ὁ ῥήτωρ ἐν Λευκίππῃ. Eundem, ethnicum adhuc, hanc de Clitophontis & Leucippes amoribus compoſuiſſe fabulam contendit cum Salmaſio poſtremus eius editor, Boden. Inſunt tamen nonnulla, quae hanc opinionem elevent, & Chriſtianum ſatis diſerte prodant. Quo pertinere arbitror voc. οὐρανοῦ in plurali numero adhibitum, & alia, quae lector paulo attentior facile animadvertet.

scopus, incertae admodum aetatis [1], praeter librum *περὶ σφαίρας* [2], cuius pars hodieque exstat sub titulo *Isagoges in Phaenomena Arati*. scripsit etiam libros VIII Ἐρωτικῶν τῶν περὶ Λευκίππην καὶ Κλειτοφῶντα, sive *de Amoribus Clitophontis & Leucippes*. Laudatur a Photio Codice LXXXVII & XCV & CLXVI; Mich. Psello apud Allatium cap. 4 de patria Homeri p. 1753; & a Iohanne Phoca in Allatii *συμμίκτοις* p. 10, cui dicitur *ὁ τὴν Λευκίππην γράψας*. Exstat & MS. in Bibl. Io. Mori Elienſis Epiſcopi n. 219. Photii (vel Leonis Philoſophi potius) iambos decem [3] in hos Tatii libros ex inedita Epigrammatum Graecorum Anthologia Salmaſius ſuae Tatii editioni praefixit.

Latine primum lucem viderunt *Annibale Cruceio*, Mediolanenſi, interprete, Baſil. 1554, 8. Deinde Graece e Codice Palatino vulgavit, Cruceiique translationem adiunxit *Io. Commelinus* [4].

1 Seculo tertio vel quarto, certe poſt Muſaeum vixiſſe videtur, cuius poëtae dictionem haud raro preſſe admodum ſecutus eſt, notante iam Schradero ad Muſaeum.

2 De quo vide Fabric. L. III, cap. 5, §. 23.

3 Hoc carmen in Anthol. Reisk. p. 126, ita, adhibita medela, legitur:

Ἔρωτα πικρὸν, ἀλλὰ σώφρονα βιον,
Ὁ Κλειτοφῶντος μὲν παρεμφαίνει λόγος,
Ὁ Λευκίππης δὲ σωφρονέστερος βίος
Ἅπαντας ἐξίστησι, πῶς τετυμμένη,
Κεκαρμένη τε, καὶ κατηχρειωμένη,
Τὸ δὴ μέγιστον, τρὶς ἀνουσ' ἑκαρτέρει.
Εἴπερ δὴ καὶ σὺ σωφρονεῖν θέλεις, φίλος,
Μὴ τὴν πάρεργον τῆς γραφῆς σκόπει θέαν,
Τὴν τοῦ λόγου δὲ πρὸς τὶ συνδρομὴν μάθε,
Νυμφοστολεῖ γὰρ τοὺς ποθοῦντας ἐμφρόνως.

4 Commelino, antequam opus finiretur, mortuo, ad finem perduxere illud *Iudas* & *Nicolaus Bonnvitii* nepotes ex ſorore. Lacunas habet haud paucas, & in extremo libro p. 210 & 211 duae fere paginae deſiderantur.

Heidelbergae a. 1601, 8. Emendatiorem ab eo tempore editionem debemus *Claudio Salmaſio*, Lugd. Bat. 1640, 12; qui uſus Codice Thuanaeo, & collatione duorum exemplarium bibliothecae Chriſtianiſſimi regis, tum Codice Caſauboni, qui eſt in bibliotheca reg. Angliae, atque comparatione Codicum Romani ac Florentini, tantam in illis varietatem reperit, ut non dubitet, duas olim ἐκδόσεις huius ſcripti ab ipſo Achille prodiiſſe. Idem Salmaſius Graecis a ſe recenſitis adiunxit iam dictam Cruceii (qui male Cruccius apud Voſſium p. 315 de Hiſt. Graecis audit) verſionem, & in calce libri breves notas, in quibus varias lectiones perſequitur, & interpretem ſubinde caſtigat.

Salmaſio ſucceſſit *B. G. L. Boden*, Profeſſor Vitebergenſis, qui Achillem Tatium varietate lectionis, notiſque Salmaſii, Carpzovii, Bergeri ac ſuis illuſtratum prodire iuſſit Lipſiae a. 1776, 8, apud I. Fr. Iunium. Textum fere dedit Salmaſianum, ſuaſque coniecturas, paucas admodum, & ſatis leves, in notis repoſuit, ne forte, ut ipſe ait, obtrudantur auctori, de quibus nunquam ſomniaſſet. Verſatur maxime eius opera in comparandis aliorum Eroticorum ſcriptorum locis ſimilibus, & hactenus non omni laude deſtituta eſt. Carpzovii obſervationes, peculiari antea libro editae [1], neque emendando neque illuſtrando auctori inſerviunt. Quod idem fere valet de Bergeri notulis, in quibus raro acumen criticum deprehendas.

Gothofredus quoque Iungermannus novam-

1 Obſervationum philologicarum in Palaephatum periculum: accedunt aliae animadverſiones in nonnulla Muſaei & Achillis Tatii loca. Lipſiae 1743, 8.

Tatii editionem verſionemque molitus fuiſſe cognoſcitur ex literis Gruteri, quae leguntur inter Gudianas p. 210.

Gallice prodiit, Anonymo (Franciſco Bellefore-ſto forte, v. A. Verdier Bibl. Gall. p. 5, & Crucimanium p. 9) interprete, Pariſ. 1568, 1575, 8; & huius ſec. a. 1735, ſub titulo: *Les Amours de Clitophon & de Leucippe. Traduction libre du Grec d'Achilles Tatius avec des notes, par le Sieur D*** D***. à la Haye, chez Iſaac Beauregard*, 1735, 8. Aliam a. 1733 memorat Boden in praef. p. XI, quae Amſtelaedami prodierit.

Italice, interprete Coccio, ſub titulo: *Achille Tazio Aleſſandrino dell' Amore di Clitofonte e Leucippe, tradotto di Lingua Greca in Toſcana dal Sig.* Franceſco Angelo Coccio, *con nuova aggiunta di Sommarii a ogni Libro e una Tavola copioſiſſima di tutto quello che nell' opere ſi contiene. In Fiorenza per Filippo Giunti MDIIC*, 8.

Anglice quoque prodierunt Erotica Tatii Oxonii 1638, 8.

Denique Teutonico idiomate Tatium reddidit Seyboldus, V. Cl. Profeſſor Buxovillenſis.

ARGUMENTUM
FABULAE.

HIPPIAS Tyrius bis matrimonium inierat: ex priore filium Clitophontem, ex posteriore filiam Calligonen susceperat. Hos liberos cum mutuo inter se matrimonio coniungere vellet, iamque fere in eo esset, ut nuptias eorum celebraret, veniunt Byzantio Tyrum fratris eius Sostrati uxor Panthia, & Leucippe filia. Clitophon, qui hucusque sororem satis amasset, neque ab eius coniugio abhorruisset, repente mutatur Leucippes adspectu: ad hanc toto animo convertitur, a Calligone avertitur. Ignis conceptus quotidie crescit, videndo puellam, colloquendoque cum ea; sed quomodo ea potiretur, non inveniebat, inops quippe consilii & recens in amore. Quod quidem partim edocetur a Clinia consobrino, duobus annis maiore, eodemque amoribus haud inexercitato iuvene; partim adiuvatur Satyri, summae servi astutiae, opera. Habebat autem Leucippe, ut summam formae pulchritudinem, ita ingenium haud superbum atque durum, sed suave, humanum, atque elegans; unde obsequio & amore Clitophontis paulatim vincitur, eumque vicissim amare incipit. Fit etiam, quo liberior Clitophontis animus a destinatis ei Calligones nuptiis esset, ut ea raperetur a Callisthene, Byzantio iuvene. Persuaderi sibi patitur, a Clitophonte, Leucippe, ut eum noctu clam ad se recipiat. Et quamquam in eodem cum matre cubiculo dormiret, quae filiae pudicitiam & ipsa omni cura, & servorum vigiliis, & forum claustris custodiebat, totam tamen istius diligentiam fefellit Satyri astutia, qui eius sibi ancillam Clionem conciliaverat. Intromittitur Clitophon: sed nondum amplexus erat puellam, cum mater, somnii visu exterrita, repente

ad filiae lectum se proripit. Ille vix effugiendi tempus habet, tamen ita evadit, ut a Panthia non cognosceretur. Haec vero ira atque dolore incensa, servos clamare, omnia turbare, quaerere, quis in cubiculo adfuerit, Leucippen increpare, conviciari, Clionem in quaestionem tradere velle, ut cruciatibus ex ea veritatem extorqueat. At Clio commodum fuga se subduxerat, ut Panthia nil certi comperire posset. Leucippe, suspicionum matris criminationumque quotidianarum pertaesa, tandem fugae consilium capit, & cum Clitophonte communicat. Parat omnia Satyrus, eluditur matris custodia, clam domum egrediuntur noctu, currum conscendunt, &, socio Clinia, Berytum perveniunt, ibique navem nacti, quae iam in eo erat, ut ex portu solveret, Alexandriam tendunt. Erat forte in eadem navi Menelaus Aegyptius, liberali adolescens ingenio, & honesto loco natus, quocum eos in convictum amicitiamque conciliat itineris societas. Sed cum per aliquod tempus prospero usi fuissent vento, oritur subito gravissima tempestas, quae navem diu misere agitatam scopulo tandem illidit ac dissolvit. Reliqui omnes undis obruuntur: una prorae pars ea, qua Clitophon solus cum Leucippe confederat, integra manet, & Pelusium appellitur. Ibi, refectis corporibus, navem conducunt, & Alexandriam petunt. Tenebant vero illo tempore pastores regiones inferioris Aegypti paludstres, easque latrocinio infestabant. Hi navem intercipiunt, spoliant, Clitophontem ac Leucippen vinciunt, & cum reliquis captivis custodiunt. Quae calamitas quamvis, ut erat, maxima esset, alia tamen velut malorum cumulus accessit. Oraculo monebantur latrones, exercitum lustrare captae virginis sacrificio. Statim accurritur ad Leucippen: abstrahitur reluctans a Clitophonte, nequidquam & ipso reluctante. Interea superveniunt Aegyptiae legiones, emissae a praefecto ad coërcendos delendosque latrones, eosque in fugam vertunt, intra paludes reiiciunt, & cum aliis captivis Clitophontem etiam ex eorum potestate eripiunt. Pastores nil prius habent, quam, ex oraculi iussu, sacri-

ficio defungi. Struitur ara, adducitur a duobus iuvenibus Leucippe, caeditur, & eodem loco terra continuo conditur. Atque haec omnia in conſpectu Aegyptii exercitus & Clitophontis peragebantur, qui virgini opem ferre, propter interiectam foſſam, non poterant. Clitophon ſtupefactus & fere enectus ſpectaculi atrocitate, cum primum ad ſe rediit & congeſtam vidit foſſam, currit eo, ubi Leucippen caedi viderat, ut ſe eo ipſo loco interficeret. Iamque gladium admoverat iugulo, cum derepente exſiſtunt Satyrus & Menelaus, qui eum amplexantur & a mortis conſilio ad vitam revocant: Leucippen enim vivere: omnia ei exponunt: ut ex naufragio enatarint: ut in paſtorum manus inciderint: ut, agnita Leucippe, ab eorum duce ſacrificii peragendi provinciam popoſcerint & impetraverint: qua eos inſpectantes arte eluſerint, ut, cum iugulatam putarent virginem, ea tamen viva manſerit. Et Leucippen quidem continuo protrahunt ex loculo, quo condita erat, eique reddunt. Hoc tum primum fuit tempus, quo libere ſolus cum ſola eſſet; itaque veneris tandem fructum percipere vult. Contra dimovet eum puella, dicens, Minervam ſibi pridie, quam ſacrificanda eſſet, apparuiſſe, ſalutemque promiſiſſe ea conditione, ut virginitatem ſervaret, donec ab ipſa Dea Clitophonti dicaretur. Haud multo poſt eam deperit Charmides militum dux, eaque potiri intemperanter cupit. Quem dum differunt Satyrus & Menelaus, Leucippe in furorem incidit ex philtro, quod ei Gorgias miles, ipſe quoque eius amore captus, miſcuerat. Mox Charmides & Gorgias a paſtoribus caeduntur: liberataque erat ab eorum poteſtate Leucippe, non item a furore. Ingraveſcebat quotidie mali vis, donec eius originem aperit Chaereas miles, medicumque adducit, qui virginem ſanitati reſtituit. Veniunt Alexandriam, comite Chaerea. Hic quoque eius amore incenſus, rapere puellam ſtudet. Invitat eam cum reliquis domum ſuam, in Pharo inſula. Eunt contra Menelai conſilium & ominum quoque monita. Neque vanus fuerat metus: nam inter coenandum, velut aliud agens,

primum ſurgit Chaereas, tum irrumpunt latrones, qui Leucippen abripiunt, in navem imponunt, & remis veliſque aufugiunt. Clitophon ab inſulae praefecto auxilium poſtulat, & navem ab eo impetrat armatam, qua latrones perſequatur. Hi cum perſequentium vim velocitatemque effugere non poſſent, iamque teneri ſe viderent, callido ſe conſilio expediunt. In puppis enim tabulata mulierem adducunt in adverſariorum conſpectum, ei caput abſcindunt, truncumque in mare proiiciunt, his verbis ad Clitophontem ſocioſque clamantes: *en vobis corpus, de quo pugnaturi eratis!* Clitophon, qui noctis obſcuritate mulierem caeſam oculis cognoſcere non ſatis poterat, Leucippen interfectam eſſe arbitratus, a perſequendo deſiſtit, truncum expiſcatur & in inſula ſepelit; ipſe Alexandriam revertitur. Ibi moerore confectum & rerum omnium taedio laborantem ſuſtinet conſolaturque Menelaus: tempus quoque paulatim maiorem luctus partem demit. Sexto menſe in Cliniam forte incidit. Hunc Sidonii e naufragio ſuſtulerant, ſalvumque Sidona advexerant, ubi a Soſtrato literae ad Hippiam allatae erant, quibus ille filiam Leucippen Clitophonti deſpondebat. Atque hunc tam laetum nuntium ut Clitophonti afferret, Clinias iterum Alexandriam repetierat, ſi forte eum ex naufragio ſervatum ibi invenire poſſet: quibus adiiciebat, patrem quoque Hippiam ipſum propediem adfuturum, ut filium recuperaret. Hoc nuntio animus Clitophontis non tam ad aequitatem revocatur, quam obducta luctui cicatrix refricatur memoria Leucippes. Igitur conſtituit patris ſe adſpectui ſubducere, Alexandriamque relinquere. Dum abitum parat, nuntiant ei Menelaus & Satyrus, Melitten, in cuius notitiam Alexandriae venerat, vehementi eius amore flagrantem ei nubere velle. Erat haec mulier Epheſia, florente aetate, pulchritudine haud vulgari, divitiis affluens, & recens vidua, marito per naufragium amiſſo. Clitophon primum omnem nuptiarum mentionem averſatur: poſtea, paulatim amicorum precibus exoratus, ut fortunae & rebus ſuis conſulat, conditionem accipit: ea

tamen lege, ut ne nuptiae fierent, donec Epheſum perveniſſet: neque enim vel in Aegypto, neque mari, ubi Leucippe tot mala perpeſſa erat, & mortem quoque obierat, ſibi fas eſſe putabat, Veneri operari. Proficiſcuntur Alexandria: ſalvi Epheſum veniunt. Et primo quidem die in villam Melittes divertuntur, ut interea nuptiae parentur in urbe. Operabatur vero inter ſervas in agro mulier recens emta, tonſo capillo, ſqualore panniſque obſita, virgis etiam crudeliter lacerata: elucebat tamen quaedam ex facie habituque honeſtas. Haec ſe ad Melittes genua abiicit, oratque, ut ſe, honeſtis ingenuiſque natam parentibus, in libertatem reſtituat, & a Soſthenis libidine vindicet. Hic licet ipſe ſervus eſſet, ſervorum operumque in villa erat praefectus, mulieremque hanc, nuper a latronibus advectam, formae cauſa emerat, pudicitiamque eius, quam blanditiis primum ſollicitaverat, poſtea verberibus expugnare nitebatur. Melitte eam benigne ſuſcipit, ſolvi vinculis, &, donec in patriam abiret, liberaliter haberi iubet: Soſthenem abigit. Ceterum Clitophon ad mulieris eius adſpectum turbatur, & tacito praeſagio percutitur, quod in eius vultu habituque magnam cum Leucippe ſimilitudinem deprehendere ſibi videbatur. Neque temere: nam erat ipſa Leucippe. Cum domum rediiſſet, inter coenandum eum Satyrus ſeorſim vocat, literas a Leucippe tradit, & totam rem exponit. Clitophon laetitia & ſpe exſultat, neque quidquam prius habet, quam confeſtim ad Leucippen accurrere. Retinet eum Satyrus: conſtituunt, rem a Melittes notitia cohibere, & prima quaque occaſione aufugere. Sed, reperta puella, Clitophon multo magis, quam antea, abhorrebat a Melittes amplexu: neque tamen habebat, quomodo mulierem, amore ferventem, & ad Veneris opus impatienter feſtinantem, diutius fruſtraretur; praeſertim cum eius blanditias lacrimaſque iam Alexandriae & in itinere una hac conſolatus eſſet ſpe, nuptias ſe eius accepturum, quamprimum Epheſum perveniſſet. Sed hanc eius curam nova calamitas ſupervacaneam fecit. Nam Therſander, maritus Melittes, inſcia illa, ex nau-

fragio evaſerat, & ſalvus domum redierat. Qui audiens ab obviis, uxorem ſuam ſecundas hodie nuptias celebrare, ira percutitur, confeſtim in aedes irrumpit, turbat, aeſtuat, Clitophontem multis modis miſere verberat, & conſtrictum ſervis cuſtodiendum tradit: quibus peractis, domo egreditur, & amicos viſere feſtinat. In hac lucta Clitophon epiſtolam Leucippes, quam intra tunicam abdiderat, amittit: hanc tollit Melitte, & totam rem cognoſcit. Tum ipſa ſecum triſtem ſuam indignata ſortem, omnia experiri ſtatuit, ſaltem ne fruſtra ſecundo viro nupſiſſe ſibi videretur. Intrat igitur in cuſtodiam, ſolvit eum ex vinculis, memorat ſuum in eum amorem, miſeratur fortunam ipſa ſuam, quod adulterii infamiam quidem ſuſceperit, voluptatem non perceperit: omnia ei blanditiarum lenocinia admovet, ad lacrimas quoque preceſque confugit. Vincitur Clitophon; fitque illud, quod Amor diu voluerat. Illa, peracta re, veſtes ſuas cum eo permutat, & donis liberaliter ornatum, poſtremum exoſculata dimittit. At vix egreſſus erat foras, ſeque tandem in tuto arbitrabatur, cum in Therſandrum redeuntem incidit: cognoſcitur, comprehenditur, & pro adultero in carcerem publicum abducitur. Neque vero Leucippe in libertatem reſtituta erat. Soſthenes enim, cognito Heri adventu, ſponte in agrum redierat, & Leucippen denuo in poteſtatem redegerat ſuam, ut eam dono offerret Therſandro, atque ita magnam ab eo gratiam iniret. Hic ſimulatque eam vidit, amore exarſit, eamque omnibus modis ſollicitare coepit: illa contra, nec vivam ſe, nec mortuam, alterius quam Clitophontis fore, aſſeverat. Quare in eam cogitationem incidit, ita ſe Leucippe potiturum, ſi Clitophontem interfeciſſet, & cum Melitta divortium feciſſet. Hanc igitur in adulterii iudicium vocat: illum ut clam occidi curaret, carceris praefecto perſuadere conatur: poſtea, huius conſilii periculo deterritus, aliam iniit rationem cum praefecto. Subornant hominem, cui praecipiunt, ut ſe veluti maleficum in carcerem abduci patiatur, ibique Clitophonti narret, Leucippen interfectam eſſe. Sperabant enim ita

fore, ut, obiecto isto terrore, Clitophon eo citius, si ei evadendi facultas data esset, ea uteretur, & Ephesum relinqueret. Contra, longe res aliter cecidit, ac putarant. Adducitur in carcerem homo, &, velut aliud agens, praesente tamen Clitophonte, adversam fortunam incusat, quod ipse innocens, loco eius, qui Leucippen interfecisset, in carcerem abreptus sit. Contremiscit ad Leucippes nomen Clitophon, totamque rem sibi ab homine narrari postulat. Narrat ille, Melitten, feminam primariam inter Ephesiacas, iuvenis cuiusdam Tyrii amore captam, per invidiam & aemulationem, eius uxorem Leucippen interficiendam curasse: interfectorem evasisse, se vero, dum iter faceret cum eo, comprehensum esse. Hac fabula peracta, histrio clam ex carcere dimittitur. Clitophon, tanta nuntii acerbitate ab animi statu deiectus, rerumque omnium pertaesus, vitam finire statuit, ita tamen, ut Melitten etiam ulciscatur: nequidquam dissuadente Clinia, qui ad eum consolandum in carcerem venerat. Agitur adulterii iudicium magno apparatu: producitur Clitophon, & ipse adulterum se Melittes esse, eaque conscia Leucippen interfeciisse, sponte profitetur. Melitte eiusque patroni inopinato casu perturbantur, neque, quid agant, reperiunt. Accurrit Clinias: dicendi veniam petit: docet, Clitophontem, fractum aegrotumque animo, falsa narrasse, ut mortem oppeteret. Necdum, quid statuant, iudices habent. Thersander enim omni ratione caverat, ne veritas patefieret: Leucippe occulta tenebatur: Sosthenes, quem Melitte ad quaestionem postulabat, effugerat. Itaque poscit a iudicibus Thersander, ut reum, qui se ipse caedis accusasset, ex lege damnatum capitis, morte multarent. Condemnatur Clitophon, &, antequam ultimo supplicio afficitur, tormenta ei adhibentur, ut quaeratur, an Melitte quoque caedis conscia fuerit. Iam denudato stat corpore, rota, ignis, flagra afferuntur; cum subito, ecce, advenit Dianae sacerdos, & inhibere iubet quaestionem. Erat enim illa Ephesiorum lex, ut, cum pompam advexissent peregrini, continuo iustitium indiceretur. Et nunc quidem

Byzantii, oraculi iussu, propter victoriam de Thracibus, dona Dianae Ephesiae miserant, eorumque legatio modo urbem intraverat. Eius forte princeps erat ipse Soστratus, qui ad forum veniens cum sacerdote, ut audiit de Leucippes caede quaeri, agnovitque Clitophontem, statim ira exarsit, neque quidquam propius habuit, quam ut in eum involans ipse ab eo de filiae caede poenas sumeret. Retinetur vix tandem a Clinia, &, quid rei sit, audit. Interea Leucippe e custodia in Dianae templum evaserat: nam Sosthenes, capta subito fuga, fores custodiae claudere oblitus erat. Itaque res denuo in iudicium adducitur, auctore inprimis defensoreque reorum sacerdote: causa magno apparatu ab accusatore & reis instruitur: patroni omnem utrinque eloquentiae vim expromunt. Aestuare indignarique Thersander, quod eriperetur sibi condemnatus reus, & serva, quam optimo iure emtionis possideret: in Soστratum & sacerdotem contumeliose invehi. Sacerdos contra accusatoris crimina diluere, eumque, ad comici Aristophanis imitationem, acriter simul & festive exagitare. Tum Thersander, artes omnes suas frustra consumtas, exitumque iudicii in eo positum esse videns, ut Leucippe intactam se virginem, Melitte puram ab adulterio, probaret, ambabus religionis terrorem obiicit. Erat enim in templo Dianae sacra fistula, ex cuius cantu de puellarum virginitate iudicabatur: erat item Stygii fontis lavacrum, quo cognoscebatur uxorum fides castitasque. Accipit conditionem Leucippe magno cum gaudio: nec Melitte eam detrectat, quod ei a Thersandro hac formula offerebatur, si absente marito rem cum Clitophonte non habuisset. Et mulieres quidem ita experimenti religionem subierunt, ut innocentiae documentum utraque auferret. Tum vero universorum conviciis laceratur Thersander, &, ni fugam cepisset, nil erat propius, quam ut lapidibus obrueretur. Soστratus Leucippen denuo Clitophonti despondet: abeunt Byzantium, & inde Tyrum. Ibi Calligonen etiam cum Callisthene inveniunt. Hic eam, postquam rapuisset, honeste habuerat, ac, mutata vitae

ratione, ad frugem redierat, & in bello contra Thraces additus Soſtrato collega, egregiam patriae navaverat operam: neque tamen ipſe adhuc puellae matrimonio potitus erat. Itaque Hippias & Soſtratus eodem die liberorum nuptias celebrant.

Atque ex hac quidem fabulae ſumma intelligitur, eam argumentum habere ſatis magnum & varium, neque ſimilitudine veri & conſuetudine vitae abhorrens. Similes vero laudes in ſingularum etiam partium compoſitione expolitioneque tribuere ei non poſſumus. Primum ducitur ab exordio parum veriſimili: nam totam hiſtoriam narrat Clitophon, auctori nunquam antea cognitus, ſed caſu ad eandem ſpectandam tabulam, de Europae raptu, delatus; & quidem ita narrat, ut per octo libros nunquam intermittat ſermonem. Aliter apud veteres, v. c. Platonem, qui, veriſimilitudinis cauſa, narrationem, praeſertim longiorem, interrumpunt, & ad res cum ipſis narrantibus coniunctas divertunt. Similiter Longus exordium duxit a tabula picta: ſed longe melius ipſe ſolus conſumſit orationem deſcriptione caſuum, quos tabula exhibebat. Deinde illud magnopere deſideramus, quod hominum, quorum praecipuae ſunt in fabula partes, indoles nec depingatur, nec dictis factiſque ſignificetur iis, quae eius indicia prodant, nec forma exprimatur ingenii, animi, ac morum. Quid eſt in Clitophonte, quod non in aliis pleriſque eiuſdem loci, aetatis, conditioniſque ſit iuvenibus? quid in Leucippe, quin idem in omnibus fere liberaliter & ingenue inſtitutis puellis reperiatur? Neque aliorum hominum indoles moreſque melius ſignificantur. Contra nimius eſt in deſcriptionibus, communi Sophiſtarum vitio, v. c. regionum, locorum, urbium, tabularum, & inprimis, animi perturbationum, in quibus quidem omnibus exſultat oratorie, & verborum ſono fervet. Eſt omnino utile & inprimis elegans, paſſionum, quibus animi moventur, fontes rationeſque deſcribere, ſed ita ut ex ipſis factis & rebus cognoſcantur, neque lector ſubito ad aliam quaſi picturam convertatur, ſed leniter ipſa ſerie narratio-

nis ductus, motuum originem, succeſſionem, exitumque cognoſcat. Atque in his locis philoſophum agit Tatius, ſed ita, ut quaſi ex Sophiſtae commentario ſententias & rationes afferat. In aliis vero libri partibus multo plus habet diligentiae atque veriſimilitudinis, veluti in colloquiis atque orationibus. Sed quod initio iam dixeramus, habet Noſter magnam cum Heliodoro convenientiam, & cum aliis, qui vel perierunt, vel adhuc in bibliothecis latent: quoſque omnes a Diogenis Antonii imitatione pendere, auctor eſt Photius Cod. 166. Heliodorus argumento compoſitioneque ad heroicum carmen vel tragoediam accedit. Omnino ſi Aethiopica ut poëma ſpectentur, multa probabuntur, vel certe mitigabuntur legentium ſenſu, quae in hiſtoria, aut ſimili opere, haudquaquam ferenda ſint. Achilles contra manet in quotidianae vitae lege ac conſuetudine, & propior eſt comoediae: & nonnunquam ad hilaritatem & feſtivitatem remittitur. Sed longum eſt de hac fabula in utramque partem diſputare. Laudes eius praecipuae ſunt duae: altera, doctrina varia & iucunda, partim ex philoſophia, partim ex aliarum rerum ſcientia, gentium locorumque petita; altera, ſtilus elegans, terſus, quamquam, uno alteroque loco, verborum novitate ac ſono, compoſitioniſque curioſitate laborans.

ΑΧΙΛΛΕΩΣ ΤΑΤΙΟΥ

ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ

ΟΙ ΠΕΡΙ

ΚΛΕΙΤΟΦΩΝΤΑ ΚΑΙ ΛΕΥΚΙΠΠΗΝ

ΛΟΓΟΙ Η

ΑΧΙΛΛΕΩΣ ΤΑΤΙΟΥ

ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ

ΤΩΝ ΠΕΡΙ

ΚΛΕΙΤΟΦΩΝΤΑ ΚΑΙ ΛΕΥΚΙΠΠΗΝ [1]

ΛΟΓΟΣ ΠΡΩΤΟΣ.

ΣΙΔΩΝ ἐπὶ θαλάττῃ πόλις, Ἀσσυρίων ἡ θάλασσα, μήτηρ Φοινίκων ἡ πόλις, Θηβαίων ὁ δῆμος πα-

ACHILLIS TATII

ALEXANDRINI

DE

CLITOPHONTIS ET LEUCIPPES

AMORIBUS

LIBER PRIMUS.

SIDON Phoeniciae princeps civitas, Thebanorumque generis origo, in Assyrii maris litore posita est. Gemi-

1 Variat inscriptio. Quidam: περὶ Λευκίππης καὶ Κλειτοφῶντος, quod vulgarius est. Suidas: Ἀχιλλεὺς Τάτιος, ὁ γράψας τὰ ΚΑΤΑ Λευκ. καὶ Κλ. quod & Cod. Angl. pro varia lectione superscriptum est. Aeque recte. Longus: τῶν ΚΑΤΑ Δάφνιν καὶ Χλόην. Et Eustathius: ΚΑΘ' Ἰσμηνίαν καὶ Ἰσμήνην.

τήρ [1]. Δίδυμος λιμὴν ἐν κόλπῳ πλατὺς, ἠρέμα κλείων τὸ πέλαγος. ἡ γὰρ ὁ κόλπος κατὰ πλευρὰν ἐπὶ δεξιᾷ κοιλαίνεται, στόμα δεύτερον ὀρώρυκται, καὶ τὸ ὕδωρ αὖθις εἰσρεῖ, καὶ γίνεται τοῦ λιμένος ἄλλος λιμὴν, ὡς χειμάζειν μὲν ταύτῃ [2] τὰς ὁλκάδας ἐν γαλήνῃ, θερίζειν δὲ τοῦ λιμένος εἰς τὸ προκόλπιον. Ἐνταῦθα ἥκων ἐκ πολλοῦ χειμῶνος, σῶστρα τε ἔθυον ἐν αὐτῷ [3] τῇ τῶν Φοινίκων· καλοῦσιν αὐτὴν Ἀστάρτην [4] οἱ Σιδώνιοι. Περιὼν οὖν καὶ τὴν ἄλλην πόλιν καὶ περισκοπῶν τὰ ἀναθήματα, ὁρῶ γραφὴν ἀνακειμένην γῆς ἅμα καὶ

num ea portum amplo admodum ſinu, verum aditu anguſto, maris aquam ſenſim accipiente, complectitur. Ubi enim dexterum ſinus latus curvatur, aditus illic alter patet: per quem aqua rurſum illabitur: itaque portus portui adiungitur, ut in illo hieme, aeſtate in hoc, tutam naves habeant ſtationem. Eo cum ex alto tempeſtate reiectus fuiſſem, Phoenicum Deae, Sidonii Aſtarten vocant, quae pro recepta ſalute conſueverunt, ſacra feci. Deinceps cum alia civitatis loca perluſtrarem, ac in Deorum templis munera tholis ſuſpenſa contemplarer, tabulam animadverti pictam, terram ac mare, nec non Europae fa-

1 Iſidorus Orig. XV, 1: *Phoenices a rubro mari profecti, Sidonem urbem opulentiſſimam condiderunt . . . Ipſi etiam Tyrum in Syria — ipſi Thebas in Boeotia.* Diſertis etiam verbis Plinius V, c. 19: *Sidon artifex vitri, Thebarumque Boeotiarum parens.*

2 Ὡς χειμάζειν μὲν ταύτῃ) Legebatur in editione Palatina, ἐν ταύτῃ. Et ſic etiam habet Anglicanus Codex. Sed Florentinus & Romanus, ut & Regii, legunt: μὲν ταύτῃ· unde ſuſpiceris, olim fuiſſe: μὲν ἐν ταύτῃ.

3 Ἐν αὐτῷ) Intell. τῷ λιμένι. Nam in ipſis portubus fana Diis exſtructa erant. Nota quoque Venus εὐπλοια· v. ad Horat. C. 1, v. 1. At Cod. Bav. cum ed. Commelin. leg. ἐμαυτοῦ, minus bene.

4 Ἀστάρτην) Cicero de Nat. Deorum L. III, c. 23: *Venus prima Coelo & Die nata — altera, ſpuma procreata — tertia, Iove nata & Diana, quae nupſit Vulcano — quarta, Syria, Tyroque concepta: quae Aſtarte vocatur: quam Adonidi nupſiſſe proditum eſt.* De hac conſule *Io. Seldeni de diis Syris Syntagma* II, c. 2.

θαλάσσης. Εὐρώπης ἡ γραφή. Φοινίκων ἡ θαλάττα. Σιδῶνος ἡ γῆ. Ἐν τῇ γῇ λειμὼν, καὶ χορὸς παρθένων. Ἐν τῇ θαλάττῃ ταῦρος ἐπενήχετο, καὶ τοῖς νώτοις καλὴ παρθένος ἐπεκάθητο, ἐπὶ Κρήτην [τῷ ταύρῳ] πλέουσα. Ἐκόμα πολλοῖς ἄνθεσιν ὁ λειμών. δένδρων αὐτοῖς ἀνεμέμικτο φάλαγξ καὶ φυτῶν. συνεχῆ τὰ δένδρα. συνηρέφη τὰ πέταλα. συνῆπτον οἱ πτόρθοι τὰ φύλλα, καὶ ἐγίνετο τοῖς ἄνθεσιν ὄροφος ἡ τῶν φύλλων συμπλοκή.[1] ἔγραψεν ὁ τεχνίτης ὑπὸ τὰ πέταλα καὶ τὴν σκιάν· καὶ ὁ ἥλιος ἠρέμα τοῦ λειμῶνος κάτω σποράδην διέρρει, ὅσον τὸ συνηρεφὲς τῆς τῶν φύλλων κόμης ἀνέῳξεν ὁ γραφεύς. Ὅλον ἐτείχιζε τὸν λειμῶνα περιβολή· εἴσω δὲ τοῦ τῶν ὀρόφων στεφανώματος ὁ λειμὼν ἐκάθητο. αἱ δὲ πρασιαὶ τῶν ἀνθῶν ὑπὸ τὰ πέταλα τῶν φυτῶν στιχηδὸν ἐπεφύκεσαν, νάρκισσος, καὶ ῥόδα,

bulam, continentem: ac mare Phoenicum, Sidoniorum terra esse dignoscebatur. In terra pratum erat virginibus refertum. In mari taurus natabat, formosamque humeris puellam sustinens Cretam versus cursum tenebat. Pratum multa florum varietate distinctum, arborumque & fruticum copia intersitum erat: quarum rami atque frondes mutuo complexu ita sese nectebant, ut tecti usum floribus praestarent. Umbram quin etiam sub frondibus pictor effinxerat eo artificio, ut locis aliquot radii solis modice pratum illustrarent, tantum scilicet, quantum quidem contextas frondes patere voluit pictor. Ceterum harundinum corona pratum universum undique munierat. Sub foliis fruticum, narcisso, rosa, myrtoque, ordinatim sati pul-

1 Ἡ τῶν φύλλων συμπλοκὴ) Ita exhibet Palat. Cod. cum Angl. & interprete Latino. At Regii & Florentinus: ἡ τῶν φ. συνέχεια, ex interpretamento. Pariter infra I, 15 init. αἱ γείτονες τῶν πετάλων περιπλοκαί.

καὶ μύρρίναι. ὕδωρ δὲ κατὰ μέσον ἔρρει τοῦ λειμῶνος τῆς γραφῆς, τὸ μὲν ἀναβλύζον κάτωθεν ἀπὸ τῆς γῆς, τὸ δὲ τοῖς ἄνθεσιν καὶ τοῖς φυτοῖς περιχεόμενον. ὀχετηγός τις ἐγέγραπτο δίκελλαν κατέχων, καὶ περὶ μίαν ἀμάραν κεκυφὼς, καὶ ἀνοίγων τὴν ὁδὸν τῷ ῥεύματι. Ἐν δὲ τῷ τοῦ λειμῶνος τέλει πρὸς ταῖς ἐπὶ θάλατταν τῆς γῆς ἐκβολαῖς τὰς παρθένους ἔταξεν ὁ τεχνίτης. τὸ σχῆμα ταῖς παρθένοις καὶ χαρᾶς καὶ φόβου. στέφανοι περὶ τοῖς μετώποις δεδεμένοι· κόμαι κατὰ τῶν ὤμων λελυμέναι· τὸ σκέλος ἅπαν γεγυμνωμέναι· τὸ μὲν ἄνω, τοῦ χιτῶνος, τὸ δὲ κάτω, τοῦ πεδίλου· τὸ γὰρ ζῶσμα μέχρι γόνατος ἀνεῖλκε τὸν χιτῶνα. τὸ πρόσωπον ὠχραί· σεσηρυῖαι τὰς παρειάς· τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀνοίξασαι πρὸς τὴν θάλατταν· μικρὸν ὑποκεχηνυῖαι τὸ στόμα, ὥσπερ ἀφήσειν ὑπὸ φόβου μέλλουσαι καὶ βοήν· τὰς χεῖρας ὡς ἐπὶ τὸν βοῦν ὤρεγον. ἐπέβαινον ἄκρας τῆς θαλάττης, ὅσον ὑπεράνω μικρὸν τῶν ταρσῶν ὑπερέχειν τὸ κῦμα· ἐῴκεισαν δὲ βούλε-

vini cernebantur. Sed & ima ex terra ſcatebat fons, qui medium pratum, floreſque ac plantas, hac illac diſcurrens, irrigabat. Nec deerat, qui, ſumto ligone rivulo imminens, aquae viam patefaceret. In ea prati parte, quae mare attingebat, virgines pictor expreſſerat, vultu cum hilaritatem, tum moerorem indicantes. Corollae iis in capite erant, crines per humeros effuſi, pedes vinculis exuti, crura veſtibus, zona genutenus ſuccinctis, nudata: os pallidum, genae contractae, oculi mare intuentes, labia nonnihil hiulca, quaſi prae metu vox praecluſa fuiſſet, manus taurum verſus protentae. Ad mare autem eo uſque proceſſerant, ut pedis partem ſuperiorem aqua pertingeret: corporis totius ſtatus is erat, ut & ad

σθαι μὲν ὡς ἐπὶ τὸν ταῦρον δραμεῖν, φοβεῖσθαι δὲ τῇ θαλάττῃ προσελθεῖν. Τῆς δὲ θαλάττης ἡ χροιὰ διπλῆ· τὸ μὲν γὰρ πρὸς τὴν γῆν ὑπέρυθρον· κυάνεον δὲ τὸ πρὸς τὸ πέλαγος. ἀφρὸς ἐπεποίητο [1], καὶ πέτραι, καὶ κύματα. αἱ πέτραι τῆς γῆς ὑπερβεβλημέναι, ὁ ἀφρὸς περιλευκαίνων τὰς πέτρας, τὸ κῦμα κορυφούμενον καὶ ἐπὶ τὰς πέτρας λυόμενον εἰς τοὺς ἀφρούς. Ταῦρος ἐν μέσῃ τῇ θαλάττῃ ἐγέγραπτο τοῖς κύμασιν ἐποχούμενος, ὡς ὄρους ἀναβαίνοντος τοῦ κύματος, ἔνθεν καμπτόμενον τοῦ βοὸς κυρτοῦται τὸ σκέλος. Ἡ παρθένος μέσοις ἐπεκάθητο τοῖς νώτοις τοῦ βοὸς, οὐ περιβάδην, ἀλλὰ κατὰ πλευράν, ἐπὶ δεξιᾷ συμβᾶσα τὼ πόδε, τῇ λαιᾷ τοῦ κέρως ἐχομένη, ὥσπερ ἡνίοχος χαλινοῦ. καὶ γὰρ ὁ βοῦς ἐπέστραπτο ταύτῃ μᾶλλον πρὸς τὸ τῆς χειρὸς ἕλκον ἡνιοχούμενος. Χιτὼν ἀμφὶ τὰ στέρνα τῆς παρθένου μέχρις αἰδοῦς, τοὐντεῦ-

taurum contendere velle, & undis credere ſe vereri viderentur. Mari color inerat duplex: terrae enim propinquior pars ſubrubebat; remotior vero & profundior caerulea erat. Efficta quoque erat & ſpuma, & ſcopuli, & fluctus. Illic ſcopuli etiam e terra proiecti exſtabant: quos e tumeſcentibus & ſaxo alliſis fluctibus facta ſpuma dealbabat. Medio in mari pictus taurus ab undis vehebatur, montis inſtar attollente ſe unda, qua bovis crura flectebantur. Tauri dorſo virgo inſidebat, non equitum more, ſed utriſque dexterum in latus pedibus apte demiſſis; laevaque cornu, quomodo habenas aurigae ſolent, tenebat: manum enim taurus ſequebatur. Virginis pectus ad pudenda uſque alba tunica, corpus reliquum purpurea lae-

1 Τὸ μὲν γὰρ — ἐπεποίητο) Ita corr. Salmaſius, cum antea legeretur: τὸ μὲν γὰρ πρὸς τὴν γῆν, ὑπέρυθρον καὶ κυάνεον· τὸ δὲ πρὸς τὸ πέλαγος, ἀφρὸς ἐπεποίητο &c.

θεν ἐπεκάλυπτεν χλαῖνα τὰ κάτω τοῦ σώματος. λευκὸς ὁ χιτών. ἡ χλαῖνα πορφυρᾶ. τὸ δὲ σῶμα διὰ τῆς ἐσθῆτος ὑπεφαίνετο. βαθὺς ὀμφαλός, γαστὴρ τετραμένη. λαπάρα στενή. τὸ στέρνον εἰς ὀξὺ καταβαῖνον ἠυρύνετο. μαζοὶ τῶν στέρνων ἠρέμα προκύπτοντες. ἡ συνάγουσα ζώνη τοὺς μαζοὺς καὶ τὸν χιτῶνα ἔκλειεν, καὶ ἐγίνετο τοῦ σώματος κάτοπτρον ὁ χιτών. Αἱ χεῖρες ἄμφω διετέταντο, ἡ μὲν ἐπὶ κέρας, ἡ δὲ ἐπὶ οὐράν. ἤρτητο δὲ ἀμφοῖν ἑκατέρωθεν ὑπὲρ τὴν κεφαλὴν ἡ καλύπτρα κύκλῳ τῶν νώτων ἐμπεπετασμένη· ὁ δὲ κόλπος τοῦ πέπλου πάντοθεν ἐτέτατο κυρτούμενος· καὶ ἦν οὗτος ἄνεμος τοῦ ζωγράφου. ἡ δὲ δίκην ἐπεκάθητο τῷ ταύρῳ πλεούσης νηὸς, ὥσπερ ἱστίῳ τῷ πέπλῳ χρωμένη [1]. Ἐπὶ δὲ τὸν βοῦν ὠρχοῦντο δελφῖνες, ἔπαιζον Ἔρωτες. εἶπες ἂν αὐτῶν ἐγγεγράφθαι καὶ τὰ κινήματα. Ἔρως εἶλκε τὸν βοῦν, Ἔρως, μικρὸν παιδίον ἡπλώκει τὸ πτερὸν, ἤρτητο φαρέτραν, ἐκράτει τὸ πῦρ·

na contegebatur: omnia tamen per veſtem cernere licebat. Nam & profundus umbilicus, & planus venter, & anguſta ilia, pectus in acutum dilatabatur. papillae modice tumebant, zonaque adducta una cum tunica, quae corporis ſpeculum erat, ſuccingebantur. Manu altera cornu, caudam altera virgo apprehenderat, & utriſque humeris etiam capitis tegmen utrinque circum humeros effuſum ſuſtinebat: cuius ſinum depictus ventus ita implebat, ut omni ex parte intumeſceret. Puella tauro inſidens navis inſtar ferebatur, peplo veli uſum praebente. Tauro delphini aſſultabant, illudebant Amores: quorum quidem motus etiam illic pictos eſſe diceres. Alter Amor taurum trahebat, alter parvulus infanti alas expandens, pha-

1 Moſchus: Κολπώθη δ' ἄμοισι πέπλος βαθὺς Εὐρωπείης,
Ἱστίον οἷά τε νηός.

ἐπέστραπτο δὲ ὡς ἐπὶ τὸν Δία καὶ ὑπεμειδία, ὥσπερ αὐτοῦ καταγελῶν, ὅτι δι' αὐτὸν γέγονε βοῦς.

β'. Ἐγὼ δὲ καὶ τ' ἄλλα μὲν ἐπήνουν τῆς γραφῆς· ἅτε δὲ ὢν ἐρωτικὸς, περιεργότερον ἔβλεπον τὸν ἄγοντα τὸν βοῦν Ἔρωτα. καὶ, Οἷον, εἶπον, ἄρχει βρέφος οὐρανοῦ, καὶ γῆς, καὶ θαλάττης; Ταῦτα μου λέγοντος, νεανίσκος καὶ αὐτὸς παρεστώς· Ἐγὼ ταῦτα ἂν εἰδείην, ἔφη, τοσαύτας ὕβρεις ἐξ ἔρωτος παθών. Καὶ, Τί πέπονθας, εἶπον, ὦ ἀγαθέ; καὶ γὰρ ὁρῶ σοῦ τὴν ὄψιν οὐ μακρὰν τῆς τελετῆς τοῦ θεοῦ. Σμῆνος ἀνεγείρεις, εἶπε, λόγων. τὰ γὰρ ἐμὰ, μύθοις ἔοικε. Μὴ κατοκνήσῃς, ὦ βέλτιστε, ἔφην, πρὸς τοῦ Διὸς καὶ τοῦ Ἔρωτος αὐτοῦ, ταύτῃ μᾶλλον ὀνήσειν, εἰ καὶ μύθοις ἔοικε. Καὶ ταῦτα δὲ λέγων, δεξιοῦμαί

retram geſtans, faces vibrans; atque ad Iovem converſus ridebat, quaſi eum, quod ſua opera in taurum mutatus eſſet, irrideret.

II. Ego igitur cum alias picturae partes laudabam, tum, quod & ego amori indulgeo, Cupidinem taurum trahentem accuratius intuens, ita mecum loquebar: En ut infantis iuſſa coelum, terra, mare faciunt? Tum adoleſcens, qui tum forte aderat, meaque verba intellexerat: Huius equidem, inquit, ego quoque rei teſtis eſſe poſſum, cui tot amoris cauſa incommoda evenerunt. Tum ego, Cuiuſnam modi ſunt, inquam, o bone vir, quae perpeſſus fuiſti? tuus enim adſpectus huius Dei myſteriis te non abhorrentem declarat. Tum ille: Ad permixtam, inquit, confuſamque rerum ſeriem commemorandam me revocas: fabulis enim ea omnia ſimilia ſunt. Tum ego: Ne per Iovem, perque Amorem ipſum, inquam, moleſtum tibi ſit, hac me ratione magis iuvare, tametſi fabuloſa videantur. Haec cum dixiſſem, manu prehenſum hominem vici-

τε αὐτὸν, καὶ ἐπί τινος ἄλσους ἄγω γείτονος, ἔνθα πλάτανοι μὲν ἐπεφύκεσαν πολλαὶ καὶ πυκναὶ, παρέρρει δὲ ὕδωρ ψυχρόν τε καὶ διαυγὲς, οἷον ἀπὸ χιόνος ἄρτι λυθείσης ἄρχεται. [1] Καθίσας οὖν αὐτὸν ἐπί τινος θώκου χαμαιζήλου, καὶ αὐτὸς παρακαθισάμενος· Ὥρα νῦν, ἔφην, τῆς τῶν λόγων ἀκροάσεως· πάντως δὲ ὁ τοιοῦτος τόπος ἡδὺς, καὶ μύθων ἄξιος ὑπάρχει ἐρωτικῶν.

γ'. Ὁ δὲ ἄρχεται λέγειν ὧδε· Ἐμοὶ Φοινίκη γένος, Τύρος ἡ πατρὶς, ὄνομα Κλειτοφῶν, πατὴρ Ἱππίας, ἀδελφὸς πατρὸς Σώστρατος. οὐ πάντως δὲ ἀδελφοὶ, ἀλλ' ὅσον ἀμφοῖν εἰς πατήρ· αἱ γὰρ μητέρες, τῷ μὲν, ἦν Βυζαντία, τῷ δὲ ἐμῷ πατρὶ, Τυρία. Ὁ μὲν οὖν τὸν πάντα χρόνον εἶχεν ἐν Βυζαντίῳ· πολὺς γὰρ ὁ τῆς μητρὸς κλῆρος ἦν αὐτῷ. ὁ δὲ ἐμὸς πατὴρ ἐν Τύρῳ κατῴκει. τὴν δὲ μητέρα οὐκ οἶδα τὴν ἐμήν·

num quoddam in nemus perduxi, ubi permultae atque opacae platani ſuccreverant, perſpicuaque ac tanquam nuper liquefacta nive, frigida aqua dimanabat. Illic cum humili quodam in loco ſedere hominem iuſſiſſem, ipſeque pariter aſſediſſem: Tempus eſt, inquam, initium narrandi ut facias. Delectationis omnino locus hic plenus, amatoriiſque fabellis plane dignus eſt.

III. Tum ille ab hoc principio exorſus eſt dicere: Gentis mihi origo e Phoenicia eſt, patria Tyrus, nomen Clitophon, pater Hippias, patris frater Soſtratus, quod quidem ad patrem attinet: nam matres duae fuere, Soſtrati Byſantia, Hippiae Tyria. Soſtratus Byſantii, propterea quod inibi matris hereditatem ſane non exiguam creverat, ſemper commoratus eſt: pater meus Tyri. Matrem

1 Ἄρχεται) Sic Fl. cum Regiis. At Angl. cum aliis: ἔρχεται, quod & ipſum probum. Salm. inſuper legendum coni. ἀρύεται. Temere.

ἔτι νηπίῳ γάρ μοι τέθνηκεν. ἐδέησεν οὖν τῷ πατρὶ γυναικὸς ἑτέρας, ἐξ ἧς ἀδελφή μοι Καλλιγόνη γίνεται. καὶ ἐδόκει μὲν τῷ πατρὶ συνάψαι μᾶλλον ἡμᾶς γάμῳ· αἱ δὲ μοῖραι τῶν ἀνθρώπων κρείττονες, ἄλλην ἐτήρουν μοὶ γυναῖκα. Φιλεῖ δὲ τὸ Δαιμόνιον πολλάκις ἀνθρώποις τὸ μέλλον νύκτωρ λαλεῖν· οὐχ ἵνα φυλάξωνται μὴ παθεῖν· οὐ γὰρ εἱμαρμένης δύνανται κρατεῖν· ἀλλ' ἵνα κουφότερον πάσχοντες φέρωσιν. τὸ μὲν γὰρ ἐξαίφνης ἀθρόον καὶ ἀπροσδόκητον ἐκπλήσσει τὴν ψυχήν, ἄφνω προσπεσὸν, καὶ κατεβάπτισε· τὸ δὲ πρὸ τοῦ παθεῖν προσδοκώμενον, κατηνάλωσε κατὰ μικρὸν μελετώμενον τοῦ πάθους τὴν ἀκμήν. Ἐπεὶ γὰρ εἶχον ἔνατον ἔτος ἐπὶ τοῖς δέκα, καὶ παρεσκεύαζεν ὁ πατὴρ εἰς νέωτα ποιῆσαι τοὺς γάμους, ἤρχετο τοῦ δράματος ἡ τύχη. Ὄναρ ἐδόκουν συμφύναι τῇ παρθένῳ τὰ κάτω μέρη μέχρις ὀμφαλοῦ, δύο δ' ἐντεῦ-

ipse meam nunquam vidi, ut quae suum infante me obierit diem: itaque alteram sibi pater uxorem adiunxit: ex qua sororem mihi nomine Calligonen genuit, quam mihi uxorem dare decreverat. Sed potentiora hominibus fata mihi aliam servabant. Frequenter autem Dei mortalibus futura in somnis pronuntiare consueverunt, non quo mala praecavendo evitent, neque enim fato iri obviam potest, sed quo aequiore, cum evenerint, animo ferant. Repentina enim & inexspectata perculsam improviso adventu mentem frangunt atque prosternunt: praevisa vero, & praecauta, dum ad eorum cogitationem animus pedetentim deducitur, longe minus affligunt. Itaque cum nonum & decimum agerem annum, nuptiasque non ita multo post pater facturus esset, fabulam fortuna incoeptavit. Nam cum me quieti dedissem, visus sum ita cum virgine coniungi, ut a capite ad umbilicum usque duo corpora

θεν τὰ ἄνω σώματα. ἐφίσταται δέ μοι γυνὴ φοβερὰ καὶ μεγάλη, τὸ πρόσωπον ἀγρία, ὀφθαλμὸς ἐν αἵματι, βλοσυραὶ παρειαὶ, ὄφεις αἱ κόμαι· ἅρπην ἐκράτει τῇ δεξιᾷ, δᾷδα τῇ λαιᾷ. ἐπιπεσοῦσα οὖν μοι θυμῷ, καὶ ἀνατείνασα τὴν ἅρπην, καταφέρει τῆς ἰξύος, ἔνθα τῶν δύο σωμάτων ἦσαν αἱ συμβολαὶ, καὶ ἀποκόπτει μοῦ τὴν παρθένον. περιδεὴς οὖν ἀναθορῶν ἐκ τοῦ δείματος, φράζω μὲν πρὸς οὐδένα, κατ' ἐμαυτὸν δὲ πονηρὰ ἐσκεπτόμην. Ἐν δὲ τούτῳ συμβαίνει τοιάδε. Ἦν ἀδελφὸς, ὡς ἔφην, τοῦ πατρὸς Σώστρατος. παρὰ τούτου τις ἔρχεται κομίζων ἐπιστολὴν ἀπὸ Βυζαντίου· καὶ ἦν τὰ γεγραμμένα τοιάδε·

Ἱππίᾳ τῷ ἀδελφῷ χαίρειν Σώστρατος.

Ἥκουσι πρὸς σὲ θυγατὴρ ἐμὴ Λευκίππη, καὶ Πανθία γυνή. πόλεμος γὰρ περιελαύνει [1] Βυζαντίους Θρᾳ-

essemus, deinceps vero in unum coaluissemus, mulieremque adspectu horribili, magna statura, vultu agresti, sanguineis oculis, genis asperis, vipereis crinibus, falcem dextera, laeva faculam tenentem, nobis imminere; atque iratam extenta falce plagam, qua duo in unum corpora coierant, imponere, virginemque a me abscindere. Quam ob rem timore perculsus, ac ex somno excitatus, mala haec nemini palam feci: sed in eorum cogitatione solus versabar. Interea Byzantio literae ab eo, quem dixi, patris mei fratre, hoc exemplo allatae sunt:

Sostratus Hippiae fratri S. D.

Leucippe filia, & Panthia uxor mea proficiscuntur ad te: bellum enim a Thracibus Byzantiis infertur. Tu caris-

1 Περιελαύνει) Flor. περιλαμβάνει· aeque bene. Alterum tamen aptius h. l. videtur. Nam & equitatum, quo fere Thraces in bello utebantur, innuit, & Byzantiorum metum rei male gerendae declarat. Ad rem Polyb. IV, c. 45: Ἄδιον ἔχουσι (Βυζαντίοι) πόλεμον καὶ δυσχερῆ πρὸς τούτους (Θρᾷκας.)

κικός. Σῶζε δέ μοι τὰ φίλτατα τοῦ γένους μέχρι τῆς τοῦ πολέμου τύχης.

δ'. Ταῦτα ὁ πατὴρ ὁ ἀναγνοὺς, ἀναπηδᾷ, καὶ ἐπὶ τὴν θάλατταν ἐκτρέχει, καὶ μικρὸν ὕστερον αὖθις ἐπανῆκεν. εἵπετο δὲ αὐτῷ κατόπιν πολὺ πλῆθος οἰκετῶν καὶ θεραπαινίδων, ἃς συνεκπέμψας ὁ Σώστρατος ἔτυχεν ταῖς γυναιξίν. Ἐν μέσῳ δὲ ἦν γυνὴ μεγάλη καὶ πλουσία τῇ στολῇ. ὡς δὲ ἐπέτεινα τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπ' αὐτὴν, ἐν ἀριστερᾷ παρθένος ἐμφαίνεταί μοι, καὶ καταστράπτει μοῦ τοὺς ὀφθαλμοὺς τῷ προσώπῳ. τοιαύτην εἶδον ἐγώ ποτε ἐπὶ ταύρῳ γεγραμμένην Εὐρώπην· ὄμμα γοργὸν ἐν ἡδονῇ· [1] κόμη ξανθὴ, τὸ ξανθὸν οὖλον· ὀφρὺς μέλαινα, τὸ μέλαν ἄκρατον· λευκὴ παρειά· τὸ λευκὸν εἰς μέσον ἐφοινίσσετο, καὶ ἐμιμεῖτο πορφύραν, οἵαν εἰς τὸν ἐλέφαντα [2] Λυδὴ βάπτει

sima pignora nobis ad belli exitum usque custodi. Vale.

IV. Cognita literarum sententia consurrexit pater, statimque ad mare se contulit: atque haud multo post magna cum servorum, ancillarumque, quas cum uxore ac filia Sostratus miserat, turba sequente reversus est. Inter eas mulier erat procera, pretiosamque stolam induta: in quam simul atque oculos intendi, ad sinistram virgo incedens mihi apparebat, cuius adspectus vehementer tangebat oculos meos. Sic ego depictam videram Europam in tauro. Erant ei quadam cum iucunditate truces oculi, crines flavi crispique, supercilia puro nigrore delibuta, genae candidae: nisi quod earum medium rubore, purpuram, qua Lydiae mulieres ebur inficiunt, imitante suffusum

1 Anacr. XXIX, 12: Μέλαν ὄμμα γοργὸν ἔστω, Κεκερασμένον γαλήνῃ. Adde Sil. It. V, 562, de Scipione: *Flagrabant lumina miti Adspectu, gratusque inerat visentibus horror.*

2 Claudian. R. Prof. I, 274: *non sic decus ardet eburnum, Lydia Sidonio quod femina tinxerat ostre;* coll. Hom. Il. IV, 141, & Virg. Aen. XII, 67.

γυνή· τὸ στόμα ῥόδων ἄνθος ἦν, ὅταν ἄρχηται τὸ ῥόδον ἀνοίγειν τῶν φύλλων τὰ χείλη. Ὡς δὲ εἶδον, εὐθὺς ἀπωλώλειν. κάλλος γὰρ ὀξύτερον τιτρώσκει βέλους, καὶ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν εἰς τὴν ψυχὴν καταῤῥεῖ. [1] ὀφθαλμὸς γὰρ ὁδὸς ἐρωτικῷ τραύματι. Πάντα δέ με εἶχεν ὁμοῦ, ἔπαινος, ἔκπληξις, τρόμος, αἰδὼς, ἀναίδεια· ἐπήνουν τὸ μεγέθος, ἐκπεπλήγμην τὸ κάλλος, ἔτρεμον τὴν καρδίαν, ἔβλεπον ἀναιδῶς, ἠδούμην ἁλῶναι. τοὺς δὲ ὀφθαλμοὺς ἀφέλκειν μὲν ἀπὸ τῆς κόρης ἐβιαζόμην· οἱ δὲ οὐκ ἤθελον, ἀλλ' ἀνθεῖλκον ἑαυτοὺς ἐκεῖ τῷ τοῦ κάλλους ἑλκόμενοι πείσματι [2], καὶ τέλος, ἐνίκησαν.

ε'. Αἱ μὲν δὴ κατήγοντο πρὸς ἡμᾶς, καὶ αὐταῖς

erat: os rosae foliorum labra aperire incipienti persimile. Itaque statim, ut eam contemplatus sum, occidi. Forma enim ad inferendum vulnus telo acutior est, per oculosque amatorio vulneri aditum patefaciens in animum penetrat. Omnia me simul agitabant, laus, admiratio, tremor, pudor, impudentia; & proceritatem laudare, & pulchritudine obstupefieri, & corde tremere, & oculis lascivius intueri, ac ne deprehenderer vereri coactus sum: saneque oculos a virgine avertere conabar; sed illi repugnabant, formaeque suavitate pellecti eo sese referebant, & victoria tandem potiti sunt.

V. Ceterum mulieribus intro ad nos ductis, domusque

1 Musaeus v. 92 seqq.
Κάλλος γὰρ περίπυστον ἀμωμήτοιο γυναικὸς
Ὀξύτερον μερόπεσσι πέλει πτερόεντος ὀϊστοῦ.
Ὀφθαλμὸς δ' ὁδός ἐστιν· ἀπ' ὀφθαλμοῖο βολάων
Ἕλκος ὀλισθαίνει, καὶ ἐπὶ φρένας ἀνδρὸς ὁδεύει.
Εἶλε δέ μιν τότε θάμβος, ἀναιδείη, τρόμος, αἰδώς.
Ἔτρεμε μὲν κραδίη, αἰδὼς δέ μιν εἶχεν ἁλῶναι.
Θάμβεε δ' εἶδος ἄριστον, ἔρως δ' ἀπενόσφισεν αἰδώ.

2 Τῷ τοῦ κάλλους ἑλκόμενοι πείσματι) Formae illicio persuasi & adducti. Sic reponere placuit Salmasio, pro vulgata lectione, πταισματι. In aliis Codicibus, τραύματι, non tam bene.

Λευκίππης ἐπὶ τῶν προσώπων ὁ λειμών [1]. Ἡ μὲν οὖν μετὰ μικρὸν ἀπιοῦσα ᾠχετο. τῆς γὰρ κιθάρας αὐτὴν ὁ καιρὸς ἐκάλει. ἐμοὶ δὲ ἐδόκει παρεῖναι. ἀπελθοῦσα γὰρ τὴν μορφὴν ἐπαφῆκέ μου τοῖς ὀφθαλμοῖς. ἑαυτοὺς οὖν ἐπῃνοῦμεν ἐγώ τε καὶ ὁ Σάτυρος· ἐγὼ μὲν ἐμαυτὸν τῆς μυθολογίας, ὁ δὲ ὅτι μοι τὰς ἀφορμὰς παρέσχεν· καὶ μετὰ μικρὸν τοῦ δείπνου καιρὸς ἦν, καὶ πάλιν ὁμοίως συνεπίνομεν.

erat, quod illius facies pratum referebat. Non multo autem poſt illa illinc abiit: pulſandae enim citharae tempus eam invitaverat: nec tamen mihi non adeſſe videbatur, utpote quae meis in oculis imaginem ſuam diſcedens reliquerat. Satyrus autem atque ego noſmet ea ratione mutuo commendabamus, quod ipſe fabulas narraſſem, ille narrandi occaſionem praebuiſſet. Paulo poſt coenandi tempus venit. Priorem itaque in modum rurſus accubuimus.

1 Ναρκίσσου — λειμὼν) Muſaeus v. 56 - 61:

Μαρμαρυγὴν χαρίεντος ἀπαστράπτουσα προσώπου,
Οἵά τε λευκοπάρῃος ἐπαντέλλουσα Σελήνη.
Ἄχρα δὲ χιονέων φοινίσσετο κύκλα παρειῶν,
Ὡς ῥόδον ἐκ καλύκων διδυμόχροον· ἢ τάχα φαίης
Ἡρῴους ἐν μελέεσσι ῥόδων λειμῶνα φανῆναι.
Χροιὴν γὰρ μελέων ἐρυθαίνετο.

Nonnus Dionyſ. XV, pag. 426:

Χιονέων μελέων ῥοδέοις ἀνεφαίνετο λειμών.

ΛΟΓΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

Ἅμα δ' ἑαυτοὺς ἐπαινοῦντες, ἐπὶ τὸ δωμάτιον ἐβαδίζομεν τῆς κόρης, ἀκροασόμενοι δῆθεν τῶν κιθαρισμάτων· οὐδὲ γὰρ ἐδυνάμην ἐμαυτοῦ κἂν ἐπ' ὀλίγον κρατεῖν τοῦ μὴ ὁρᾶν τὴν κόρην. ἡ δὲ πρῶτον μὲν ἦσεν Ὁμήρου [1] τὴν πρὸς τὸν λέοντα τοῦ συὸς μάχην· ἔπειτά τι καὶ τῆς ἁπαλῆς μούσης ἐλίγαινεν· ῥόδον γὰρ ἐῴνει τὸ ᾆσμα. εἴ τις τὰς καμπὰς τῆς ᾠδῆς περιελὼν ψιλὸν ἔλεγεν ἁρμονίας τὸν λόγον, οὕτως ἂν εἶχεν ὁ λόγος· Εἰ τοῖς ἄνθεσιν ἤθελεν ὁ Ζεὺς ἐπιθεῖναι βασιλέα, τὸ ῥόδον ἂν τῶν ἀνθέων ἐβασίλευσεν. γῆς ἐστι κόσμος, φυτῶν ἀγλάϊσμα, ὀφθαλμὸς ἀνθέων, λειμῶνος ἐρύθη-

LIBER SECUNDUS.

Interea dum noſtrûm alter alterum laudaret, ad puellae thalamum pervenimus, eam videlicet cithara canentem audituri, a qua contemplanda ne minimum quidem continere ipſe me poteram. Illa deſcriptam ab Homero ſuis cum leone pugnam primum, aliud deinde mollius etiam, roſae ſcilicet laudes, cecinit. Ac ſi quis verba ſine numeris referre velit, huiuſmodi propemodum eſſent: Si regem floribus conſtituere Iuppiter voluiſſet, non alium certe, quam roſam, eiuſmodi honore dignatus eſſet. Haec terrae ornamentum eſt, plantarum ſplendor, oculus florum, prati rubor, flos omnium pulcherrimus. Haec amo-

1 Ὁμήρου) Iliad. Π. circa fin.
Ὡς δ' ὅτε σῦν ἀκάμαντα λέων ἐβιήσατο χάρμη,
Τώ τ' ορεος κορυφῆσι μέγα φρονέοντε μάχεσθον
Πίδακος ἀμφ' ὀλίγης, ἐθέλουσι δὲ πίεμεν ἄμφω,
Πολλὰ δὲ τ' ἀσθμαίνοντα λέων ἐδάμασσε βίηφι.

μα, κάλλος ἀστράπτον. ἔρωτος πνέει, Ἀφροδίτην προξενεῖ, εὐώδεσι φύλλοις κομᾷ, εὐκινήτοις πετάλοις τρυφᾷ, τὸ πέταλον τῷ ζεφύρῳ γελᾷ. Ἡ μὲν ταῦτα ᾖδεν· ἐγὼ δὲ ἐδόκουν τὸ ῥόδον ἐπὶ τῶν χειλέων αὐτῆς ἰδεῖν, εἴ τις ὡς κάλυκος τὸ περιφερὲς εἰς τὴν τοῦ στόματος ἔκλεισε μορφήν.

β'. Καὶ ἄρτι πέπαυτο τῶν κιθαρισμάτων, καὶ πάλιν τοῦ δείπνου καιρός· ἦν γὰρ τότε ἑορτὴ προτρυγαίου Διονύσου [1]. Τὸν γὰρ Διόνυσον Τύριοι νομίζουσιν ἑαυτῶν, ἐπεὶ καὶ τὸν Κάδμου μῦθον ᾄδουσιν· καὶ τῆς ἑορτῆς διηγοῦνται πατέρα μῦθον, οἶνον οὐκ εἶναί ποτε παρ' ἀνθρώποις, οὔπω παρ' αὐτοῖς, οὐ τὸν μέλανα τὸν ἀνθοσμίαν, οὐ τὸν τῆς Βιβλίας ἀμπέλου, οὐ τὸν Μάρωνος τὸν Θρᾴκιον, οὐ Χῖον τὸν ἐκ Λακαίνης, οὐ τὸν Ἰκάρου [2] τὸν νησιώτην, ἀλλὰ τούτους μὲν ἅπαντας

rem ſpirat, venerem conciliat, odoratis foliis ſuperbit, tremulis frondibus luxuriat, fronſque zephyro arridet. Huiuſmodi ſane cantus illius erat. Mihi vero in ipſius labris roſam videre videbar, ut ſi quis calathi ambitum oris forma terminet.

II. Vix autem canendi finem fecerat, cum coenae tempus venit. Ac tum forte Protrygaei Dionyſi feſti dies celebrabantur: quem Deum Tyrii ſibi ipſis praeeſſe volunt. Nam & Cadmi fabulam canunt, & celebritatis eius inſtituendae originem huiuſmodi quandam tradunt, nullum videlicet olim vinum mortales habuiſſe: nondum enim nigrum, quod Anthoſmiam vocant, non Biblinum, non Maronaeum, non Chium, non Icarium repertum fuerat:

1 v. Perizon. ad Aelian. V. H. III, 41. Ceterum abſone antea legebatur: ἦν γὰρ ἑορτὴ προτρυγαίου Διονύσου. Τότε γὰρ τὸν Δ.

2 Explicat Apollodorus Bibl. L. III, p. 197 edit. Com. Διονυσον Ἰκάριος· καὶ λαμβάνει παρ' αὐτοῦ κλῆμα ἀμπελου. καὶ τὰ περὶ τὴν οἰνοποιΐαν μανθάναν, καὶ τὰς τοῦ θεοῦ δωρήσασθαι θέλων χάρι-

ἀποίκους εἶναι Τυρίων ἀνθρώπων· τὴν δὲ πρώτην παρ' αὐτοῖς φῦναι τῶν οἴνων μητέρα· εἶναι γὰρ ἐκεῖ Φιλόξενόν τινα βουκόλον, οἷον τὸν Ἰκαρεν Ἀθηναῖοι λέγουσιν, καὶ τοῦτον ἐνταῦθα τοῦ μύθου γενέσθαι πατέρα· ὅσον Ἀττικὸν εἶναι δοκεῖν. ἐπὶ τοῦτον ἥκειν ὁ Διόνυσος τὸν βουκόλον, ὁ δὲ αὐτῷ παρατίθησιν, ὅσα γῆ φέρει, καὶ ἄμαξα βοῶν, ποτὸν δὲ ἦν παρ' αὐτοῖς οἷον καὶ ὁ βοῦς ἔπινεν. οὔπω γὰρ τὸ ἀμπέλινον ἦν. ὁ δὲ Διόνυσος καὶ ἐπαινεῖ τῆς Φιλοφροσύνης τὸν βουκόλον, καὶ αὐτῷ προτείνει κύλικα Φιλοτησίαν. τὸ δὲ ποτὸν οἶνος ἦν. ὁ δὲ πιὼν, ὑφ' ἡδονῆς βακχεύεται, καὶ λέγει πρὸς τὸν θεόν· Πόθεν, ὦ ξένε, σοι τὸ ὕδωρ τοῦτο τὸ πορφυροῦν; πόθεν οὕτως εὗρες αἷμα γλυκύ; οὐ γάρ ἐστιν ἐκεῖνο τὸ χαμαὶ ῥέον. τὸ μὲν γὰρ εἰς τὰ στερνὰ καταβαίνει, καὶ λεπτὴν ἔχει τὴν ἡδονήν· τὸ δὲ καὶ πρὸ

sed a Tyriis ea omnia manasse: primamque illius procreatricem apud se exstitisse. Fuisse enim illic pastorem quendam, hospitalem, qualem Icarum Athenienses memorant, qui fabulae auctor fuerit, ab Attica sane non dissimilis. Ad eum divertisse aliquando Dionysum: cui quidem ille quaecunque terra gignit, ac boum plaustrum, apposuerit: potum vero ipsis non alium, quam qui bobus est communis, fuisse, quod viteus nondum apparuisset. Pastoris benignitatem Dionysum laudavisse, hominemque poculo vini pleno benevolentiae ergo invitasse. Illum, cum hausisset, prae voluptate gestire coepisse, atque ad Deum conversum dixisse: Undenam tibi, hospes, purpurea haec aqua est? aut ubi gentium tam dulcem sanguinem reperisti? non enim ex eo est, qui per terram labitur. Ille enim minima cum voluptate in pectus descendit: hic autem ori

τας ἀνθράποις, ἀφικνεῖται πρός τινας ποιμένας, οἳ γευσάμενοι τοῦ ποτοῦ καὶ χωρὶς ὕδατος ἀφειδῶς δι' ἡδονὴν ἐκλύσαντες πεφαρμάχθαι κομίζοντες, ἀπέκτειναν αὐτόν.

τοῦ στόματος εὐφραίνει τὰς ῥίνας, καὶ ψύγοντι μὲν ψυχρόν ἐστιν, εἰς τὴν γαστέρα δὲ καταθορὸν ἀναπνεῖ κάτωθεν πῦρ ἡδονῆς. Καὶ ὁ Διόνυσος ἔφη· Τοῦτό ἐστιν ὀπώρας ὕδωρ, τοῦτό ἐστιν αἷμα βοτρύων. ἄγει πρὸς τὴν ἄμπελον ὁ θεὸς τὸν βουκόλον, καὶ τῶν βοτρύων λαβὼν ἅμα καὶ θλίβων, καὶ δεικνὺς τὴν ἄμπελον, Τοῦτο μέν ἐστιν, ἔφη, τὸ ὕδωρ· τοῦτο δὲ ἡ πηγή. Ὁ μὲν οὖν οὕτως ἐς ἀνθρώπους παρῆλθεν, ὡς ὁ Τυρίων λόγος.

γ'. Ἑορτὴν δὲ ἄγουσιν ἐκείνην τὴν ἡμέραν ἐκείνῳ θεῷ. Φιλοτιμούμενος οὖν ὁ πατὴρ, τότε ἄλλα παρασκευάσας εἰς τὸ δεῖπνον ἔτυχε πολυτελέστερον· καὶ κρατῆρα παρέθηκεν τὸν ἱερὸν τοῦ θεοῦ, μετὰ τὸ Γλαύκου τοῦ Χίου δεύτερον. ὑάλου μὲν τὸ πᾶν ἔργον ὁρωρυγμένης· κύκλῳ δὲ αὐτὸν ἄμπελοι περιέστεφον ἀπὸ τοῦ κρατῆρος πεφυτευμέναι. οἱ βότρυες πάντη περικρεμάμενοι· ὅμφαξ μὲν αὐτῶν ἕκαστος ὅσον ἦν κενὸς ὁ κρατήρ· ἐὰν δὲ ἐγχέῃς οἶνον, κατὰ μικρὸν ὁ βότρυς

admotus nares quoque delectat: cumque tactu frigidus sit, in ventrem delapsus ima ex parte iucundum calorem exhalat. Tum Dionysum respondisse: Aqua haec autumnalis, & sanguis e racemis provenit: pastoremque ad vitem duxisse, acceptisque ac simul pressis commonstratae vitis racemis dixisse: Haec aqua est, hi autem fontes. Hoc pacto vinum mortalibus, ut Tyriorum sermo habet, datum fuit.

III. Deo igitur illi sacer ac solemnis ille dies institutus fuit. Quem cum pater meus celebrare vellet, magnificam ac lautam coenam imperavit, & poculum Deo sacrum adposuit, deinde alterum quoque a Glauco Chio elaboratum adhibuit. E caelato id vitro erat, eiusque oram vites in eo ipso natae coronabant: a quibus racemi passum pendebant, sicco omnes poculo acerbi; immisso au-

ὑποπερκάζεται, καὶ σταφυλὴν τὸν ὄμφακα ποιεῖ. Διόνυσός τε ἐντετύπωται τῶν βοτρύων, ἵνα τὴν ἄμπελον γεωργῇ. τοῦ δὲ ποτοῦ προϊόντος ἤδη καὶ ἀναισχύντως ἐς αὐτὴν ἑώρων. Ἔρως δὲ καὶ Διόνυσος, δύο βίαιοι θεοὶ [1], ψυχὴν καταισχόντες, ἐκμαίνουσιν εἰς ἀναισχυντίαν, ὁ μὲν καίων αὐτὴν τῷ συνήθει πυρὶ, ὁ δὲ τὸν οἶνον ὑπέκκαυμα Φέρων. οἶνος γὰρ ἔρωτος τροφή. Ἤδη δὲ καὶ αὐτὴ περιεργότερον εἰς ἐμὲ βλέπειν ἐθρασύνετο, καὶ ταῦτα μὲν ἡμῖν ἡμερῶν ἐπράττετο δέκα. καὶ πλέον τῶν ὀμμάτων ἐκερδαίνομεν ἢ ἐτολμῶμεν οὐδέν.

δ'. Κοινοῦμαι δὴ τῷ Σατύρῳ τὸ πᾶν, καὶ συμπράττειν ἠξίουν. ὁ δὲ ἔλεγε καὶ αὐτὸς μὲν ἐγνωκέναι πρὶν παρ' ἐμοῦ μαθεῖν· ὀκνεῖν δὲ ἐλέγχειν, βουλόμενον

tem vino paulatim rubentes, & maturi: quos inter Dionyſus, ut vitem coleret, effictus erat. Ceterum, gliſcente potu, puellam impudenter intuebar. Amor enim ac Liber, violenti Dii, animam invadentes, eouſque incendunt, ut pudoris obliviſci cogant, dum alter conſuetum ignem adhibet, alter igni materiam vino ſubminiſtrat: vinum enim amoris pabulum eſt. Iam vero & ipſa puella accuratius intueri me auſa eſt. Atque ad eum modum dies nobis decem conſumti ſunt: quibus nihil aliud, praeter oculorum coniectus, alter ab altero recepimus, aut attentare auſi fuimus.

IV. Tandem Satyro rem omnem patefeci, atque, ut mihi opem ferret, obſecravi. Ille autem: Omnia, inquit, prius, quam ex te intelligerem, cognovi: ſed indicium facere diſtuli, quia id neſcire credi volebam. Clandeſtinus

1 Propert. I, 3, 13:
Et quamvis duplici correptum ardore iuberent,
Hac Amor, hac Liber, durus uterque Deus.

λαθεῖν. ὁ γὰρ μετὰ κλοπῆς ἐρῶν, ἂν ἐλεγχθῇ πρός τινος, ὡς ὀνειδίζοντα τὸν ἐλέγξαντα μισεῖ. ἤδη δὲ, ἔφη, καὶ τὸ αὐτόματον ἡμῶν προὐνόησεν [ἡ τύχη] [1]. ἡ γὰρ τὸν θάλαμον αὐτῆς πεπιστευμένη Κλειὼ, κεκοινώνηκέ μοι, καὶ ἔχει πρός με ὡς ἐραστήν. Ταύτην παρασκευάσω κατὰ μικρὸν πρὸς ἡμᾶς οὕτως ἔχειν, ὡς καὶ συναίρεσθαι πρὸς τὸ ἔργον. δεῖ δέ σε καὶ τὴν κόρην, μὴ μέχρι τῶν ὀφθαλμῶν μόνον πειρᾶν, ἀλλὰ καὶ ῥῆμα θριμύτερον εἰπεῖν. Τότε δὲ πρόσαγε τὴν δευτέραν μηχανήν. Θίγε χειρὸς, θλίψον δάκτυλον, θλίβων στέναξον. ἢν δὲ ταῦτα σοῦ ποιοῦντος καρτερεῖ καὶ προσίηται, σὸν ἔργον ἤδη, δεσποινάν τε καλεῖν, καὶ φιλῆσαι τράχηλον. Πιθανῶς μὲν, ἔφην, νὴ τὴν Ἀθηνᾶν, εἰς τὸ ἔργον παιδοτριβεῖς· δέδοικα δὲ μὴ ἄτολμος ὢν καὶ δειλὸς ἔρωτος ἀθλητὴς γένωμαι. Ἔρως, ὦ γεν-

enim amans, si quis eius amorem indicet, indicem quasi maledicum aliquem conviciatorem odio prosequi consuevit. Ceterum nostri curam fortuna sponte suscepit. Etenim Clio, cui puellae thalamus creditus est, me in amicitiam recepit, atque amantis loco habet. Ego brevi rem inter vos ita componam, ut ad negotium conficiendum ipsa opem praestet. Verum de puellae voluntate solis oculis periculum facere satis non est: sed efficacius aliquid loqui oportet, ibique machinam etiam alteram adhibere: itaque manum tange, digitos constringe, atque inter constringendum suspira: si haec agentem aequo te animo feret, neque facta huiusmodi aspernabitur, tum vero dominam appella, eiusque collum suaviare. Appositе tu quidem, inquam, ita me servet Pallas, ad eam me rem instituis. Sed vereor, ne, qua sum animi imbecillitate, minus strenuus amoris miles sim. Tum Satyrus: Ignaviam, o generose

1 Ἡ τύχη) Superflua mihi videtur. Paullo inferius dicitur τὸ αὐτόματόν μοι συνήργησε.

ναῖε, ἔφη, δειλίας οὐκ ἀνέχεται. ὁρᾷς αὐτοῦ ὡς ἐστι στρατιωτικὸν τὸ σχῆμα; τόξον καὶ φαρέτρα, καὶ βέλη, καὶ πῦρ, ἀνδρεῖα πάντα, καὶ τόλμης γέμοντα. τοιοῦτον οὖν ἐν σεαυτῷ θεὸν ἔχων, δειλὸς εἶ καὶ φοβῇς; ὅρα μὴ καταψεύσῃ τοῦ θεοῦ. ἀρχὴν δὲ ἐγώ σοι παρέξω. τὴν Κλειὼ γὰρ ἀπάξω μάλιστα ὅταν ἐπιτήδειον εἰδῶ καιρὸν, τοῦ σὲ τῇ παρθένῳ δύνασθαι καθ' αὐτὸν συνεῖναι μόνῃ.

ε'. Ταῦτ' εἰπὼν, ἐχώρησεν ἔξω τῶν θυρῶν· ἐγὼ δὲ κατ' ἐμαυτὸν γενόμενος, καὶ ὑπὸ τοῦ Σατύρου παροξυνθεὶς, ἤσκουν ἐμαυτὸν εἰς εὐτολμίαν πρὸς τὴν παρθένον· Μέχρι τίνος, ἄνανδρε, σιγᾷς; τί δὲ δειλὸς εἶ στρατιώτης ἀνδρείου θεοῦ; τὴν κόρην προσελθεῖν σοι περιμένεις; Εἶτα προσετίθην· Τί γὰρ, ὦ κακόδαιμον, οὐ σωφρονεῖς; τί δὲ οὐκ ἐρᾷς, ὧν σε δεῖ; παρθένον ἔνδον ἔχεις ἄλλην καλήν. ταύτης ἔρα, ταύτην βλέπε,

vir, Cupido, inquit, non ſuſtinet. An non tu illum militari ornatu incedere, ſagittaſque, pharetram, iaculum, ignem, virilia & audaciae plena omnia eſſe proſpicis? an tu tali Deo plenus obtorpeas & expaveſcas? Cave, ne falſo te amantem praedices. Ego tibi rem incoeptam dabo. Clio enim, ſimulac tempus ad puellam remotis arbitris conveniendam idoneum perſpexero, alio dimittam.

V. Quae cum dixiſſet, abiit. Ipſe autem ſolus relictus, ac Satyri verbis exſtimulatus, ita me componere conabar, ut ne, in puellae conſpectum veniens, animo deficerem; mecumque, Quouſque, inquam, effeminate, obmuteſces? quid tam potentis Dei miles tantopere obtorpeſcis? venturamne ad te illam exſpectas? Non multo autem poſt contrariam in ſententiam haec addebam: Atqui cur non reſipiſcis, infelix? quin illam potius, quam par eſt, virginem diligis? aliam domi habes non deformem; illam ama, il-

ταύτην ἔξεστί σοι γαμεῖν. Ἐδόκουν πεπεῖσθαι. κάτωθεν δε, ὥσπερ ἐκ τῆς καρδίας, ὁ ἔρως ἀντεφθέγγετο· Ναὶ, τολμηρὲ, κατ' ἐμοῦ στρατεύῃ καὶ ἀντιπαρατάττῃ; ἵπταμαι, καὶ τοξεύω, καὶ φλέγω. πῶς δυνήσῃ με φυγεῖν; ἂν φυλάξῃ μου τὸ τόξον, οὐκ ἔχεις φυλάξασθαι τὸ πῦρ· ἂν δὲ καὶ ταύτην κατασβέσῃς σωφροσύνῃ τὴν φλόγα, αὐτῷ σε καταλήψομαι τῷ πτερῷ.

στ'. Ταῦτα διαλεγόμενος ἔλαθον ἐπιστὰς ἀπροοράτως τῇ κόρῃ, καὶ ὠχρίασά τε ἰδὼν ἐξαίφνης· εἶτα ἐφοινίχθην. μόνη δὲ ἦν, καὶ οὐδὲ ἡ Κλειὼ συμπαρῆν. ὅμως οὖν ὡς ἂν τεθορυβημένος, οὐκ ἔχων ὅ, τι εἴπω· Χαῖρε, ἔφην, δέσποινα. Ἡ δὲ μειδιάσασα γλυκὺ, καὶ ἐμφανίσασα διὰ τοῦ γέλωτος, ὅτι συνῆκε, πῶς εἶπον τὸ Χαῖρε δέσποινα, εἶπεν· Ἐγὼ σή; μὴ τοῦτ' εἴπῃς·

lam contemplare, illam te in uxorem habere ius est. Itaque mihi persuasus esse videbar. Verum contra tanquam ex imo cordis Amor respondebat: An igitur tantum tibi sumis, ut contra me arma feras, mihique resistere audeas? Mihi ad volandum pennae, ad vulnerandum sagittae, ad exurendum faces datae sunt. Quonam te modo evasurum speras? Ut sagittarum ictus declines, faces tu quidem certe nunquam evitabis. Quod si earum flammis temperantiae scutum opponas, volatu profecto te comprehendam.

VI. Haec dum mecum solus loquerer, puellae me obviam improviso factum animadverti, eaque visa statim expallui: mox rubore perfusus sum. Illa tum sola erat: recesserat enim etiam Clio. Quamquam igitur animo perculso & abiecto, quid dicere non habebam, tamen: Salve, inquam, hera. Tum illa suaviter ridens, & risu, quorsum ea salutatio spectaret, intellexisse significans, Tuane ego, inquit, hera? Ah, non aequum dicis. Anne Deus

καὶ μὴν, πέπρακέν σέ τις μοὶ θεῶν, ὥσπερ καὶ τὸν Ἡρακλέα τῇ Ὀμφάλῃ; Τὸν Ἑρμῆν λέγεις· τούτῳ τὴν πρᾶσιν ἐκέλευσε ὁ Ζεύς. Καὶ ἅμα ἐγέλασεν. Ποῖον Ἑρμῆν; Τί ληρεῖς, εἶπον, εἰδυῖα σαφῶς ὃ λέγω; Ὡς δὲ περιέπλεκον λόγους ἐκ λόγων, τὸ αὐτόματόν μοι συνήργησε.

ζ'. Ἔτυχε τῇ προτεραίᾳ ταύτης ἡμέρᾳ περὶ μεσημβρίαν ἡ παῖς ψάλλουσα κιθάρᾳ· ἐπιπαρῆν δὲ αὐτῇ· καὶ ἡ Κλειὼ καὶ παρεκάθητο· διεβάδιζον δὲ ἐγὼ, καί τις ἐξαίφνης μέλιττά ποθεν ἱπτᾶσα τῆς Κλειοῦς ἐπάταξε τὴν χεῖρα. καὶ ἡ μὲν ἀνέκραγεν· ἡ δὲ παῖς ἀναθοροῦσα, καὶ καταθεμένη τὴν κιθάραν κατενόει τὴν πληγήν· καὶ ἅμα παρῆνει, λέγουσα, μηδὲν ἄχθεσθαι· παύσειν γὰρ αὐτὴν τῆς ἀλγηδόνος δύο ἐπάσασαν ῥήματα· διδαχθῆναι γὰρ αὐτὴν ὑπό τινος Αἰγυπτίας εἰς πληγὰς σφηκῶν καὶ μελιττῶν. καὶ ἅμα

te, inquit, nescio quis, mihi, quemadmodum Herculem Omphalae, vendidit? Tum ego: Mercurium, inquam, dicis. Siquidem ei auctionem Iuppiter demandavit. Simulque risit. Quem Mercurium? ait. Quas nugas ais, inquam; cum probe, quid dixerim, perceperis? Interea, dum sermones sermonibus texerem, auxilio mihi casus quidam fuit.

VII. Forte fortuna pridie eius diei circiter meridiem Leucippe citharam pulsabat. Aderam vero & ipse, Clioque illi assidebat. Ibi tum me deambulante apicula quaedam, aliunde improviso advolans, Clionis manum pupugit: quae cum eiulasset, puella surrexit, depositaque cithara, vulnus inspexit, ac bono animo esse iussit, dolorem se, inquiens, duobus verbis abstersuram: didicisse enim ab Aegyptia quadam muliere, vesparum apumque morsibus mederi:

ἐπῆδε· καὶ ἔλεγεν ἡ Κλειὼ, μετὰ μικρὸν ῥᾴων γεγονέναι. Τότε οὖν κατὰ τύχην μέλιττά τις ἢ σφὴξ περιβομβήσασα, κύκλῳ μοῦ τὸ πρόσωπον παρέπτη. κἀγὼ λαμβάνω τὸ ἐνδύμιον, καὶ τὴν χεῖρα ἐπιβάλλων τοῖς προσώποις, προσεποιούμην πεπλῆχθαι καὶ ἀλγεῖν. ἡ δὲ παῖς προσελθοῦσα, εἶλκε τὴν χεῖρα, καὶ ἐπυνθάνετο ποῖ ἐπατάχθην· κἀγώ· Κατὰ τοῦ χείλους, ἔφην. ἀλλὰ τί οὐκ ἐπᾴδεις, Φιλτάτη; Ἡ δὲ προσῆλθέ τε, καὶ ἀνέθηκεν, ὡς ἐπᾴσουσα, τὸ στόμα· καί τι ἐψιθύριζεν, ἐξ ἐπιπολῆς ψαύουσά μου τῶν χειλέων· κἀγὼ κατεφίλουν, σιωπῇ κλέπτων τῶν Φιλημάτων τὸν ψόφον. ἡ δὲ ἀνοίγουσα καὶ κλείουσα τῶν χειλέων τὴν συμβολὴν, τῷ τῆς ἐπῳδῆς ψιθυρίσματι Φιλήματα ἐποίει τὴν ἐπῳδήν· κἀγὼ τότε ἤδη περιβαλὼν Φανερῶς κατεφίλουν· ἡ δὲ διασχοῦσα· Τί ποιεῖς; ἔφη· καὶ σὺ κατεπᾴδεις; Τὴν ἐπῳδὴν, εἶπον, Φιλῶ,

ac simul excantavit: meliusculeque sibi esse paulo post Clio confessa est. Tunc igitur casus attulit, ut apis, forte vero etiam vespa quaedam, susurrans faciem meam volitando circumiret. Occasione itaque inde arrepta, manuque ori admota, vulnus accepisse, & dolorem sentire me finxi. Quamobrem accurrens virgo manum removit, &, quae pars laesa esset, rogavit. Ego vero, labra, respondi: tu autem, carissima Leucippe, cur non excantas? Tum illa tanquam excantatura os admovit, & labiorum meorum extrema contingens nescio quid immurmuravit. Interea ipse oscula furtim nullo edito sono dabam. Sed & puella, dum in pronuntianda cantione labra nunc aperiret, nunc clauderet, efficiebat, ut cantio in basia commutaretur. Itaque tum ego eam complectens palam suaviarus sum. Illa vero retrocedens, Quid, inquit, agis? num tu etiam excantas? Atqui cantionem, inquam, exoscu-

ὅτι μου τὴν ὀδύνην ἰάσω. Ὡς δὲ συνῆκεν, ὃ λέγω, καὶ ἐμειδίασεν, θαρσήσας, εἶπον· Οἴμοι, φιλτάτη· πάλιν τέτρωμαι χαλεπώτερον· ἐπὶ γὰρ τὴν καρδίαν κατέῤῥευσε τὸ τραῦμα, καὶ ζητεῖ σου τὴν ἐπῳδήν. εἴ που καὶ σὺ μέλιτταν ἐπὶ τοῦ στόματος φέρεις; καὶ γὰρ μέλιτος γέμεις, καὶ τιτρώσκει σοῦ τὰ φιλήματα. ἀλλὰ δέομαι, κατέπασον αὖθις· καὶ μὴ ταχὺ τὴν ἐπῳδὴν παραδράμῃς, μὴ πάλιν ἀγριάνῃς τὸ τραῦμα. Καὶ ἅμα λέγων, τὴν χεῖρα βιαιότερον περιέβαλλον, καὶ ἐφίλουν ἐλευθεριώτερον. ἡ δὲ ἠνείχετο, κωλύουσα δῆθεν.

ιή. Ἐπὶ τούτῳ πόῤῥωθεν ἰδόντες προσιοῦσαν τὴν θεράπαιναν διελύομεν, ἐγὼ μὲν ἄκων καὶ λυπούμενος, ἡ δ' οὐκ οἶδ' ὅπως. ῥᾴων οὖν ἐγεγόνειν, καὶ μεστὸς ἐλπίδων. ἠσθόμην δὲ ἐπικαθημένου μοι τοῦ φιλήματος ὥσπερ σώματος, καὶ ἐφύλαττον ἀκριβῶς ὡς ἠ-

lor, quoniam ea tu dolorem mihi omnem eripuiſti. Quae cum intellexiſſet ſubriſiſſetque, animus mihi acceſſit, ac ſubito: Heu mihi, cariſſima Leucippe, inquam, rurſum atque acerbius pungor: aculeus enim ad cor uſque penetravit, excantationemque tuam expoſcit. Apem certe tu quoque in ore geſtas: nam & mellis plena es, & baſia tua vulnus imponunt. Quare iterum, quaeſo, excanta: ſed tam cito cantionem abſolvere noli, ne vulnus recrudeſcat. Atque inter loquendum manu validiore complexus, liberiuſque oſculatus ſum. Illa, tametſi repugnare videretur, ſuſtinuit tamen.

VIII. Interea procul venientem ancillam conſpicati, alius alio feceſſimus: ego quidem perinvitus ac triſtis; illa vero qua mente, haud ſane noram. Ex illo melius mihi eſſe, ac ſpes augeri coepit; planeque baſium in labris meis, quaſi corporeum aliquid relictum reſidere ſentiebam, &

σαυρὸν τὸ φίλημα τηρῶν ἡδονῆς, ὃ πρῶτόν ἐστιν ἐραστῇ γλυκύ. καὶ γὰρ ἀπὸ τοῦ καλλίστου τῶν τοῦ σώματος ὀργάνων τίκτεται· στόμα γὰρ φωνῆς ὄργανον· φωνὴ δὲ ψυχῆς σκιά. αἱ γὰρ τῶν στομάτων συμβολαὶ κιρνάμεναι, καὶ πέμπουσαι κατὰ τῶν στέρνων τὴν ἡδονὴν, ἕλκουσι τὰς ψυχὰς πρὸς τὰ φιλήματα. οὐκ οἶδα δὲ οὕτω πρότερον ἡσθείσης τῆς καρδίας. καὶ τότε πρῶτον ἔμαθον ὅτι μηδὲν ἐρίζει πρὸς ἡδονὴν φιλήματι ἐρωτικῷ.

θ'. Ἐπειδὴ δὲ τοῦ δείπνου καιρὸς ἦν, πάλιν ὁμοίως συνεπίνομεν. ὠνοχόει δὲ ὁ Σάτυρος ἡμῖν, καί τι ποιεῖ ἐρωτικόν. διαλλάσσει τὰ ἐκπώματα, καὶ τὸ μὲν ἐμὸν τῇ κόρῃ προστίθησι, τὸ δὲ ἐκείνης ἐμοί· καὶ ἐγχέων ἀμφοτέροις, καὶ ἐγκερασάμενος ὤρεγεν. ἐγὼ δὲ ἐπιτηρήσας τὸ μέρος τοῦ ἐκπώματος ἔνθα τὸ χεῖλος ἡ κόρη πίνουσα προσέθηγεν, ἐναρμοσάμενος ἔπινον, ἀπο-

dulcedinem eius, ceu theſaurum quempiam, diligenter cuſtodiebam. Id enim eſt, quod primum amanti dulce accidit, cum a formoſiſſima & praeſtantiſſima corporis parte procreetur. Os enim inſtrumentum vocis eſt: vox autem animi umbra. Labiorum porro contactus dum voluptatem in praecordiis ferunt, animos ad ſeſe mutuo ſuaviandum trahunt. Nec vero talem unquam antea ſenſibus meis motum allatum fuiſſe, nec me quidquam aliud, quod cum amatorio ſuavio dulcedine contenderet, cognoſcere memini.

IX. Poſteaquam coenandi tempus rediit, rurſum accubuimus. Satyruſque, qui nobis vinum miſcebat, amatorium neſcio quid tum praeſtitit. Nam poculum Leucippes cum meo, dum utrique miniſtraret, commutabat. Ego, qua parte bibens Leucippe labra ſcypho admoverat, obſervans, eamque ori meo inſerens, ac miſſum ad me oſ-

στολιμαῖον τοῦτο φίλημα ποιῶν, καὶ ἅμα κατεφίλουν τὸ ἔκπωμα. ὡς δὲ εἶδεν ἡ παρθένος, συνῆκεν ὅτι τοῦ χείλους αὐτῆς καταφιλῶ καὶ τὴν σκιάν. ἀλλ' ὄγε Σάτυρος συμφυράσας πάλιν τὰ ἐκπώματα ἐνήλλαξεν ἡμῶν. τότε ἤδη καὶ τὴν κόρην εἶδον τὰ ἐμὰ μιμουμένην, καὶ τὰ αὐτὰ πίνουσαν· καὶ ἔχαιρον ἤδη πλέον. καὶ τρίτον ἐγένετο τοῦτο, καὶ τέταρτον· καὶ τὸ λοιπὸν τῆς ἡμέρας οὕτως ἀλλήλοις προεπίνομεν τὰ φιλήματα.

ι'. Μετὰ δὲ τὸ δεῖπνον ὁ Σάτυρός μοι προσελθὼν, ἔφη· Νῦν μὲν ἀνδρίζεσθαι καιρός. ἡ γὰρ μήτηρ τῆς κόρης, ὡς οἶσθα, μαλακίζεται, καὶ καθ' ἑαυτὴν ἀναπαύεται· μόνη δὲ ἡ παῖς βαδιεῖται κατὰ τὰ εἰθισμένα τῆς Κλειοῦς ἑπομένης, πρὶν ἐπὶ τὸν ὕπνον τραπῆναι. ἐγὼ δέ σοι καὶ ταύτην ἀπάξω διαλεγόμενος. Ταῦτα εἰπὼν, τῇ Κλειοῖ μὲν αὐτὸς, ἐγὼ δὲ τῇ παιδὶ διαλα-

culum confingens, bibebam, simulque poculum suaviabar. Id quod animadvertens puella, suorum etiam me labiorum vestigia osculari iudicavit: cumque administrator pocula nobis rursum commutasset, illam factum meum imitantem, eodemque modo bibentem animadverti: eoque maiorem etiam voluptatem cepi. Nec vero semel factum id a nobis fuit; sed tertio etiam, ac quarto: deinceps diei reliquum alter alteri basia vicissim propinantes consumsimus.

X. Absoluta coena conveniens me Satyrus: Nunc tempus est, inquit, virum ut te ostendas. Puellae mater, ut nosti, minus belle habet, ac sola cubitum ivit. Puella prius, quam in lecto se collocet, una tantummodo cum Clione, eo, quo solet, se conferet: verum ego eam colloquendo abducam. Sub haec verba ille Clionem, ego

χόντες ἐφηδρεύομεν [1]. καὶ οὕτως ἐγένετο. ἀπεσπάσθη μὲν ἡ Κλειὼ, ἡ δὲ παρθένος ἐν τῷ περιπάτῳ κατελέλειπτο. ἐπιτηρήσας οὖν ὅτε τοῦ Φωτὸς τὸ πολὺ τῆς αὐγῆς ἐμαραίνετο, πρόσειμι θρασύτερος γενόμενος πρὸς αὐτὴν ἐκ τῆς πρώτης προσβολῆς, ὥσπερ στρατιώτης ἤδη νενικηκὼς, καὶ τοῦ πολέμου καταπεφρονηκώς· πολλὰ γὰρ ἦν τὰ τότε ὁπλίζοντά με θαρρεῖν· οἶνος, ἔρως, ἐλπὶς, ἐρημία· καὶ οὐδὲν εἰπὼν, ἀλλ' ὡς ἐπὶ συγκείμενον ἔργον, ὡς εἶχον, περιχυθεὶς, τὴν κόρην κατεφίλουν. ὡς δὲ καὶ ἐπεχείρουν τι προὔργου ποιεῖν, φόβος τις ἡμῶν κατόπιν γίγνεται. καὶ ταραχθέντες, ἀνεπηδήσαμεν. καὶ ἡ μὲν ἐπέκεινα τρέπεται τὴν ἐπὶ τὸ δωμάτιον αὐτῆς· ἐγὼ δὲ ἐπὶ θάτερα σφόδρα ἀνιώμενος, ἔργον οὕτω καλὸν ἀπολέσας, καὶ τὸν ψόφον λοιδορῶν. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ ὁ Σάτυρος ὑπαντιάζει με φαιδρῷ τῷ

Leucippen obſervabamus, reſque e ſententia proceſſit: nam & Clio abducta eſt, & Leucippe in ambulatione remanſit. Ergo veſpertini temporis adventu obſervato, priore ſucceſſu audentior factus, ad eam, quaſi miles iam victor, & pugnae pericula nihili faciens, me contuli: multa enim erant, quibus armatus confidebam, nempe vinum, amor, ſpes, ſolitudo: tacituſque, quaſi ex compacto ita res ageretur, puellam circumplexus baſiavi: cumque praeſtabilius aliquid etiam facere aggreſſus eſſem, ſtrepitus quidam poſt nos auditus fuit. Quamobrem perturbati diſſiluimus, Leucippeque intra cubiculum ſuum, ego aliam in partem me recepi, ſane quam triſtis, tam praeclara occaſione amiſſa, ſtrepitumque deteſtatus ſum. Interea laeto vultu fit mihi obviam Satyrus: qui mihi quae a no-

1 Διαλαχόντες ἐφηδρεύομεν) In ſcriptis, excepto Anglicano, cui editio conſentit, διαλλάττοντες. Non male.

προσώπῳ. καθορᾷν γάρ μοι ἐδόκει ὅσα ἐπράττομεν, ὑπό τινι τῶν δένδρων λοχῶν, μή τις ἡμῖν ἐπέλθῃ. καὶ αὐτὸς ἦν ὁ ποιήσας τὸν ψόφον, προσιόντα θεασάμενός τινα.

ια'. Ὀλίγων δὲ ἡμερῶν διελθουσῶν, ὁ πατήρ μοι τοὺς γάμους συνεκρότει θᾶττον ἢ διεγνώκει. ἐνύπνια γὰρ αὐτὸν διετάραττε πολλά. ἔδοξεν ἄγειν ἡμῶν τοὺς γάμους, ἤδη δὲ ἅψαντος αὐτοῦ τὰς δᾴδας, ἀποσβεσθῆναι τὸ πῦρ, καὶ μᾶλλον ἠπείγετο συναγαγεῖν ἡμᾶς. Τοῦτο δὲ εἰς τὴν ὑστεραίαν παρεσκεύαζετο. ἐώνητο δὲ τῇ κόρῃ τὰ πρὸς τὸν γάμον· περιδέραιον μὲν λίθων ποικίλων· ἐσθῆτα δὲ τὸ πᾶν μὲν πορφυρᾶν· ἔνθα δὲ ταῖς ἄλλαις ἐσθῆσιν ἡ χώρα τῆς πορφύρας, ἐκεῖ χρυσὸς ἦν. ἤριζον δὲ πρὸς ἀλλήλων οἱ λίθοι. ὑάκινθος μὲν, ῥόδον ἦν ἐν λίθῳ· ἀμέθυστος δὲ ἐπορφύρετο τοῦ

bis acta fuerant, omnia vidiſſe videbatur, dum ſub arbore quadam, ne quis nobis ſuperveniret, obſervabat: quin immo ille ipſe venientem, neſcio quem, conſpicatus, ſtrepitum ediderat.

XI. Elapſis paucis poſt diebus pater, citius quidem omnino quam conſtituerat, nuptiis meis operam dare coepit. Multa enim hominem inſomnia perterrebant. Namque illas adornare ſibi viſus eſt, ignemque, dum nuptiales faces accendiſſet, exſtingui: eoque magis, ut nos iungeret, properavit. Nuptiis igitur, quae tum ſecutura erat, dicta eſt dies. Iam in ſponſae ornatum neceſſaria omnia comparata fuerant, monile ſcilicet variis lapillis diſtinctum, veſtis purpurea tota, niſi quod ea pars, quae in aliis purpura conſtat, ex auro texta erat. Porro lapilli de pulchritudine inter ſe contendebant. Hyacinthus lapidea quodammodo roſa erat: amethyſtus purpuraſcens ad auri prope

χρυσοῦ πλησίον. ἐν μέσῳ δὲ τρεῖς ἦσαν λίθοι, τὴν χροίαν ἐπάλληλοι· συγκείμενοι δὲ ἦσαν οἱ τρεῖς· μέλαινα ἡ κρηπὶς τοῦ λίθου· τὸ δὲ μέσον σῶμα λευκὸν τῷ μέλανι συνεφαίνετο· ἐξῆς δὲ τῷ λευκῷ τὸ λοιπὸν ἐπυῤῥία κορυφούμενον. ὁ λίθος δὲ τῷ χρυσῷ στεφανούμενος, ὀφθαλμὸν ἐμιμεῖτο χρυσοῦν. τῆς δὲ ἐσθῆτος οὐ πάρεργον εἶχεν ἡ πορφύρα τὴν βαφήν· ἀλλ' οἷον μυθολογοῦσι Τύριοι τοῦ ποιμένος εὑρεῖν τὸν κύνα, ᾧ καὶ μέχρι τούτου βάπτουσιν Ἀφροδίτης τὸν πέπλον. ἦν γὰρ χρόνος ὅτε τῆς πορφύρας ὁ κόκκος [1] ἀνθρώποις ἀπόῤῥητος ἦν· μικρὸς δὲ αὐτὴν ἐκάλυπτε κόχλος ἐν κοίλῳ μυχῷ. ποιμὴν ἀγρεύει τὴν ἄγραν ταύτην· καὶ ὁ μὲν ἰχθὺν προσεδόκησεν· ὡς δὲ εἶδεν τοῦ κόχλου τὴν τραχύτητα, ἐλοιδόρει τὴν ἄγραν, καὶ ἔῤῥιψεν ὡς θαλάσσης σκύβαλον. εὑρίσκει δὲ κυὼν τὸ ἔρμαιον καὶ κατα-

colorem vergebat. In medio lapilli tres viſebantur, ita collocati, ut alterius colorem alter exciperet: in unum quippe omnes coaluerant: parſque ima nigra erat: ſumma, quae in cuſpidem ſurgebat, rubra: media alba cum eſſet, hinc nigrori, rubori illinc candorem communicabat: lapis ipſe auro incluſus aureum oculum imitabatur. Nec vero vulgari purpura, ſed ea, quam a paſtoris cane inventam Tyrii fabulantur, quaque nunc etiam Veneris peplum tingi conſuevit, veſtis illius color conſtabat. Ac fuit quidem aliquando tempus, cum purpurae decus mortales neſciebant, utpote quod intra parvae teſtae cavum occulebatur. Praedam huiuſmodi piſcator quidam ceperat, & piſcem eſſe putaverat: verum teſtae aſperitate perſpecta, praedam deteſtatus eſt, ac tanquam maris faecem abiecit. Invenit lucrum hoc inſperatum canis, ac dentibus commi-

1 Ὁ κόκκος) Regii Codd. κόκκος, unde Salmaſius κόκκος invexit. Reliqui omnes: τῆς πορφύρας ὁ κόσμος. Utrumque recte. Mox malim cum Angl. ἐγκύκλῳ μυχῷ, pro ἐν κοίλῳ μυχῷ.

θραύει τοῖς ὀδοῦσι, καὶ τῷ στόματι τοῦ κυνὸς περιῤῥέει τοῦ ἄνθους τὸ αἷμα, καὶ βάπτει τὸ αἷμα τὴν γένυν, καὶ ὑφαίνει τοῖς χείλεσι τὴν πορφύραν. ὁ ποιμὴν ὁρᾷ τὰ χείλη τοῦ κυνὸς ἡμαγμένα, καὶ τραῦμα νομίσας τὴν βαφὴν πρόσεισι, καὶ ἀπέπλυνε τῇ θαλάσσῃ, καὶ τὸ αἷμα λαμπρότερον ἐπορφύρετο. ὡς δὲ καὶ ταῖς χερσὶν ἔθιγε, τὴν πορφύραν εἶχεν ἡ χείρ. συνῆκεν οὖν τοῦ κόχλου τὴν φύσιν ὁ ποιμὴν, ὅτι φάρμακον ἔχει κάλλους πεφυτευμένον. καὶ λαβὼν μαλλὸν ἐρίου, καθῆκεν εἰς τὸν χηραμὸν αὐτοῦ τὸ ἔριον, ζητῶν τοῦ κόχλου τὰ μυστήρια· τὰ δὲ κατὰ τὴν γένυν τοῦ κυνὸς ἡμάσσετο. καὶ τότε τὴν εἰκόνα τῆς πορφύρας ἐδιδάσκετο. λαβὼν δή τινας λίθους περιβραύει τὸ τεῖχος τοῦ φαρμάκου, καὶ τὸ ἄδυτον ἀνοίγει τῆς πορφύρας, καὶ θησαυρὸν εὑρίσκει βαφῆς.

ιβ'. Ἔβυεν οὖν τότε ὁ πατὴρ [1] προτέλεια τῶν γά-

nuens praestantissimo sanguinis colore os illius undique perfusum, & maxillae tinctae purpureum labris colorem induxerunt. Tum pastor, canis os sanguinolentum cernens, vulnus illum accepisse ratus est: atque ad mare profectus, aqua consperſit. Ibi vero sanguis ille splendidior evadebat, manusque eius contrectando purpurascebant. Hinc eam esse testae naturam pastor intellexit, ut innatum pulchritudinis medicamentum in se contineret, atque ut rei totius arcana exploraret, accepto lanae glomere in eius latebras demersit. Lana, quomodo etiam canis rictus, sanguine infecta est: ac tum purpurae imaginem didicit; contritaque saxis quibusdam medicamenti illius crusta, purpurae penetralia reseravit, fullonicaeque thesaurum adinvenit.

XII. Quam igitur ante nuptias fieri mos est, rem di-

1 Προτέλεια τῶν γάμων) Hesychius: προτέλεια ἡ πρὸ τῶν γάμων θυσία καὶ ἑορτή. Haec sacra fa-cta Iunoni pronubae, quae apud Graecos dicebatur Ζυγία, seu τέλεια.

μων. ὡς δὲ ἤκουσα, ἀπωλώλειν, καὶ ἐζήτουν μηχανὴν, δι' ἧς ἀναβάλλεσθαι δυναίμην τὸν γάμον. Σκοποῦντος δέ μου, θόρυβος ἐξαίφνης γίνεται κατὰ τὸν ἀνδρῶνα τῆς οἰκίας. ἐγεγόνει δέ τι τοιοῦτον. ἐπειδὴ θυσάμενος ὁ πατὴρ ἔτυχε, καὶ τὰ θύματα ἐπέκειτο τοῖς βωμοῖς, ἀετὸς ἄνωθεν καταπτὰς ἁρπάζει τὸ ἱερεῖον. σοβούντων δὲ πλέον οὐδὲν ἦν· ὁ γὰρ ὄρνις ᾤχετο φέρων τὴν ἄγραν. ἐδόκει τοίνυν οὐκ ἀγαθὸν εἶναι. καὶ δὴ ἐπέσχον ἐκείνην τὴν ἡμέραν τοὺς γάμους. καλεσάμενος δὲ μάντεις ὁ πατὴρ, καὶ τερατοσκόπους τὸν οἰωνὸν διηγεῖται. οἱ δὲ ἔφασαν δεῖν καλλιερῆσαι ξενίῳ Διὶ νυκτὸς μεσούσης ἐπὶ θάλατταν ἥκοντας· ὁ γὰρ ὄρνις ἔτυχεν ἱπτάμενος ἐκεῖ. τὸ δὲ ἔργον εὐθὺς ἀπέβη. τὸν γὰρ ἀετὸν ἀναπτάντα ἐπὶ τὴν θάλατταν, συνέβη φανῆναι οὐκέτι. ἐγὼ δὲ ταῦτα ὡς ἐγένετο, τὸν ἀετὸν ὑπερεπῄνουν, καὶ δικαίως ἔλεγον ἁπάντων ὀρνίθων

vinam pater faciebat. Quod ſimulatque ipſe perſenſi, periiſſe me iudicavi: cogitabamque, quonam modo aliud omnia in tempus reiici poſſent. Qua in cogitatione defixus dum eſſem, repentinus quidam ſtrepitus a virorum diverſorio exauditus eſt; reſque ita habuit. Cum victimam forte pater mactaviſſet, ariſque impoſuiſſet, delapſa coelo aquila eam rapuit, nihil iis, qui ſubmovere conabantur, perficientibus. Avolavit enim cum praeda. Omen id bonum non eſſe iudicatum eſt: atque a nuptiis eo die ceſſatum. Arceſſitis autem auſpicibus & coniectoribus rem pater expoſuit: atque illi ad mare proficiſci, ac Iovi hoſpitali ſub mediam noctem ſacra facere oportere dixerunt: eo enim aquilam volatum tenuiſſe. Et ſtatim res ita perficitur: nam volucris curſum mare verſus dirigens nuſquam amplius apparuit. Ego, eventu hoc delectatus, aquilam mirum in modum commendavi, aviumque reginam merito eſſe di-

εἶναι βασιλέα. Οὐκ εἰς μακρὰν δὲ ἀπέβη τοῦ τέρατος τὸ ἔργον.

ιγ'. Νεανίσκος ἦν Βυζάντιος, ὄνομα Καλλισθένης, ὀρφανὸς καὶ πλούσιος· ἄσωτος δὲ καὶ πολυτελής. οὗτος ἀκούων τὴν Σωστράτου θυγατέρα εἶναι καλὴν, ἰδὼν δὲ οὐδέποτε, ἤθελεν αὐτῷ ταύτην γενέσθαι γυναῖκα. καὶ ἦν ἐξ ἀκοῆς ἐραστής. Τοσαύτη γὰρ τοῖς ἀκολάστοις ὕβρις, ὡς καὶ τοῖς ὠσὶν εἰς ἔρωτα τρυφᾶν, καὶ ταῦτα πάσχειν ἀπὸ ῥημάτων, ἃ τῇ ψυχῇ διακονοῦσι τρωθέντες ὀφθαλμοί. Προσελθὼν οὖν τῷ Σωστράτῳ πρὶν ἢ τὸν πόλεμον τοῖς Βυζαντίοις ἐπιπεσεῖν, ᾐτεῖτο τὴν κόρην. ὁ δὲ βδελυττόμενος αὐτοῦ τοῦ βίου ἀκολασίαν, ἠρνήσατο. Θυμὸς ἴσχει τὸν Καλλισθένην, καὶ ἠτιμᾶσθαι νομίσαντα ὑπὸ τοῦ Σωστράτου, καὶ ἄλλως [1] ἐρῶντα. ἀναπλάττων γὰρ ἑαυτῷ τῆς παιδὸς

xi. Quod autem omine portendebatur, brevi tempore poſt evenit.

XIII. Calliſthenes Byzantius adoleſcens, parentibus orbatus, dives, luxu perditus, ac ſumtuoſus fuit. Is formoſam Soſtrato filiam eſſe audiens, eam quamquam non viderat, uxorem tamen habere optavit, ac ſola auditione illius amore ardebat. Ea enim hominum intemperantium libido eſt, ut etiam fama ad amandum compellantur, ſermones eandem animo moleſtiam, quam oculi pulchritudine capti, afferant. Igitur ante, quam Byzantiis bellum inferretur, Soſtratum, puellam ut ſibi deſponderet, rogavit. Ille autem, intemperantem hominis vitam minime probans, non daturum ſe reſpondit. Quamobrem Calliſthenes, a Soſtrato contemni ſe ratus, iracundia exarſit: atque alioqui amans, puellaeque pulchritudinem ſibi ipſe

1 Καὶ ἄλλως) Ἄλλως in mendo cubare videtur. Legunt quidam: ἀληθῶς, vel μᾶλλον. Neutrum tamen placet.

τὸ κάλλος, καὶ φανταζόμενος τὰ ἀόρατα, ἔλαθε σφόδρα κακῶς διακείμενος. ἐπιβουλεύει δ' οὖν καὶ τὸν Σώστρατον ἀμύνασθαι τῆς ὕβρεως, καὶ αὐτῷ τὴν ἐπιθυμίαν τελέσαι. νόμου γὰρ ὄντος Βυζαντίοις, εἴτις ἁρπασας παρθένον, φθάσῃ ποιήσας γυναῖκα, γάμον ἔχειν τὴν βίαν, προσεῖχε τοῦτῳ τῷ νόμῳ. καὶ ὁ μὲν ἐζήτει καιρὸν πρὸς τὸ ἔργον.

ιδ'. Ἐν τούτῳ δὲ, τοῦ πολέμου περιστάντος, καὶ τῆς παιδὸς εἰς ἡμᾶς ἐκκειμένης, μεμαθήκει μὲν ἕκαστα τούτων· οὐδὲν δὲ ἧττον τῆς ἐπιβουλῆς εἴχετο. καὶ τοιοῦτον αὐτῷ τι συνήργησεν. Χρησμὸν ἴσχουσιν οἱ Βυζαντίοι τοιόνδε·

Ἔστι δὲ τὶς νῆσος Φυτώνυμον αἷμα λαχοῦσα,
Ἰσθμὸν ὁμοῦ καὶ πορθμὸν ἐπ' ἠπείροιο φέρουσα.
Ἔνθ' Ἥφαιστος ἔχων χαίρει γλαυκῶπιν Ἀθήνην.
Κεῖθι θυηπολίην σε φέρειν κέλομ' Ἡρακλῆι.

confingens, &, quae oculis nondum adſpexerat, mente agitans, quam animo maximam conceperat, indignationem diſſimulavit: & quo modo acceptam a Soſtrato iniuriam ulciſci, ac ſuam ipſius cupiditatem explere poſſet, excogitavit. Nam cum Byzantiis lex eſſet, ut ſi quis virginem rapuiſſet, vimque illi attuliſſet, is alia nulla poena teneretur, quam ut eam matrimonio ſibi adiungeret, legi huic animo intentus Calliſthenes, opportunum ad eam rem tempus quaerebat.

XIV. Quamquam autem bellum ardere, puellamque domi noſtrae commorari didicerat, non tamen inſidias moliri deſtitit. In quo huiuſmodi quiddam homini auxilium tulit. Editum fuerat Byzantiis oraculum hoc:

Inſula, de populo, plantae cognomine, culta eſt,
Deſuper iſthmon habens, ponto contermina ſubtus.
Hic, ubi Vulcanum delectat caeſia Pallas,
Alcidae iubeo reddas ſolemnia ſacra.

Achill. Tat.

Ἀπορούντων δὲ αὐτῶν τίνι λέγει τὸ μάντευμα, Σώστρατος, τοῦ πολέμου γὰρ, ὡς ἔφην, στρατηγὸς ἦν οὗτος· Ὥρα πέμπειν ἡμᾶς θυσίαν εἰς Τύρον, εἶπεν, Ἡρακλεῖ. τὰ γὰρ τοῦ χρησμοῦ ἐστι πάντα ἐνταῦθα. Φυτώνυμον γὰρ ὁ θεὸς εἶπεν αὐτὴν, ἐπεὶ Φοινίκων ἡ νῆσος· ὁ δὲ Φοίνιξ Φυτόν [1]. ἐρίζει δὲ περὶ ταύτης γῆ καὶ θάλασσα. ἕλκει δὲ ἡ γῆ, ἡ δὲ εἰς ἀμφότερα αὐτὴν ἥρμοσε. καὶ γὰρ ἐν θαλάσσῃ κάθηται, καὶ οὐκ ἀφῆκε τὴν γῆν· συνδεῖ γὰρ αὐτὴν πρὸς τὴν ἤπειρον στενὸς αὐχὴν, καὶ ἔστιν ὥσπερ τῆς νήσου τράχηλος. οὐκ ἐρρίζωται δὲ κατὰ τῆς θαλάσσης, ἀλλὰ τὸ ὕδωρ ὑπορρεῖ κάτωθεν. ὑπόκειται δὲ πορθμὸς κάτωθεν ἰσθμῷ· καὶ γίνεται τὸ θέαμα καινὸν, πόλις ἐν θαλάσσῃ, καὶ νῆσος ἐν γῇ. Ἀθηνᾶν δὲ Ἥφαιστος ἔχει, εἰς τὴν

Dubitantibus autem ipsis, quae ab oraculo insula designaretur, Sostratus, (is enim, ut dixi, in hoc bello Praetor erat) Tempus, inquit, est, ut Tyrum Herculi sacrificatum mittamus: nam ei loca singula oraculo edita conveniunt: plantae enim cognominem eam Deus vocavit, quoniam Phoenicum insula est: Phoenix autem (ea vox palmam significat) planta est. De illa etiam mare ac terra contendunt: atque haec quidem ad se trahit, illud vero utrinque abluit. In mari enim iacet, nec tamen a terra disiungitur: sed angusti cuiusdam callis beneficio continenti annectitur, qui quasi collum insulae est, & maris fundo minime adhaerescens, sed aqua subterlabente sustentatus est: isthmos autem freto superimpositus, novum prorsus spectaculum exhibet, urbem scilicet in mari, & insulam in terra. Quod autem ad Palladem Vulcano adiunctam atti-

1 Ὁ δὲ φοίνιξ φυτὸν) Hinc illud Epigramma Meleagri:

Φοίνιξ μὲν νίκαν ἐνέπει, πάτραν τε μεγαυχῆ
Ματέρα φοινίκων τὰν πολύπαιδα Τύρον.

Vid. Spanhemius de praest. & usu numism. T. I, pag. 345.

ἐλαίαν ἠνίξατο καὶ τὸ πῦρ, ἃ παρ' ἡμῖν, ἀλλήλοις συνοικεῖ. τὸ δὲ χωρίον ἱερὸν ἐν περιβόλῳ ἐλαίαν μὲν ἀναθάλλει φαιδροῖς τοῖς κλάδοις, πεφύτευται δὲ σὺν αὐτῇ τὸ πῦρ καὶ ἀνάπτει περὶ τοὺς πτόρθους πολλήν τινα φλόγα, ἡ δὲ τοῦ πυρὸς αἰθάλη τὸ φυτὸν γεωργεῖ. αὕτη πυρὸς φιλία καὶ φυτοῦ. οὕτως οὐ φεύγει τὸν Ἥφαιστον Ἀθηνᾶ. Καὶ ὁ Χαιρεφὼν συστράτηγος ὢν τοῦ Σωστράτου μείζων, ἐπεὶ πατρόθεν ἦν Τύριος, ἐκθειάζων αὐτὸν, πάντα μὲν χρησμὸν, εἶπεν, ἐξηγήσω, καὶ καλῶς· μὴ μέν τοι θαύμαζε τὴν τοῦ πυρὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν τοῦ ὕδατος φύσιν. ἐθεασάμην γὰρ ἐγὼ τοιαῦτα μυστήρια. τὸ γοῦν τῆς Σικελικῆς πηγῆς ὕδωρ κεκερασμένον ἔχει πῦρ· καὶ φλόγα μὲν ὄψει κάτωθεν ἀπ' αὐτῆς ἀλλομένην ἄνωθεν· θίγοντι δέ σοι τὸ ὕδωρ, ψυχρόν ἐστιν οἷόν περ χιὼν, καὶ οὔτε τὸ πῦρ ὑπὸ τοῦ ὕδατος κατασβέννυται, οὔτε τὸ ὕδωρ ὑπὸ τοῦ πυρὸς

net, de olea & igne intelligi debet: quae duo apud nos coniuncta habentur. Sacer enim ac muro circumdatus locus est: ubi oleae late sese diffundenti ignis adnascitur, & magnam circum illius ramos flammam exsuscitat: ex cuius cinere laetior etiam olea ipsa evadit. Hac ratione ignis & planta in amicitiam conspirant: Vulcanumque Minerva non aversatur. Tum Chaerephon, Sostrati collega in bello, Sostrato ipso maior, quoniam patria Tyro erat, hominem miris laudibus extollens: Pulchre tu quidem, inquit, Dei responsum interpretatus es: verum ne solam ignis naturam admiratione dignam arbitrare: sunt enim sua etiam ipsius aquae miracula, egoque arcana huiusmodi vidi. Fons in Sicilia reperitur, permixtum aquae ignem continens: in quo salientem ab imo ad summum flammam conspicias. Aquam vero si tangas, nivis instar, frigidam invenias: neque tamen ignem aqua exstinguit,

φλέγεται, ἀλλ' ὕδατός εἰσιν ἐν τῇ κρήνῃ καὶ πυρὸς σπονδαί. Ἐπεὶ καὶ ποταμὸς Ἰβηρικὸς, εἰ μὲν ἰδοις αὐτὸν, εὐθὺς οὐδὲν ἄλλου κρείττων ἐστὶ ποταμοῦ. ἢν δὲ ἀκοῦσαι θέλῃς τοῦ ὕδατος λαλοῦντος, μικρὸν ἀνάμεινον ἐκπετάσας τὰ ὦτα. ἐὰν γὰρ ὀλίγος ἄνεμος εἰς τὰς δίνας ἐμπέσῃ, τὸ μὲν ὕδωρ ὡς χορδὴ κρούεται, τὸ δὲ πνεῦμα τοῦ ὕδατος πλῆκτρον γίνεται· τὸ ῥεῦμα δὲ ὡς κιθάρα λαλεῖ. Ἀλλὰ καὶ λίμνη Λιβυκὴ μιμεῖται γῆν Ἰνδικὴν, καὶ ἴσασιν αὐτῆς τὸ ἀπόῤῥητον αἱ Λιβύων παρθένοι, ὅτι ὕδωρ ἔχει πλούσιον. ὁ δὲ πλοῦτος ταύτῃ κάτω τεταμίευται τῇ τῶν ὑδάτων ἰλύϊ δεδεμένος. καὶ ἔστιν ἐκεῖ χρυσίου πηγή. κοντὸν οὖν εἰς τὸ ὕδωρ βαπτίζουσιν, πίσσῃ πεφαρμαγμένον, καὶ ἀνοίγουσι τοῦ ποταμοῦ τὰ κλεῖθρα. ὁ δὲ κοντὸς πρὸς τὸν χρυσὸν, οἷον πρὸς τὸν ἰχθὺν ἄγκιστρον γίγνεται. ἀγρεύει γὰρ αὐτόν. ἡ δὲ πίσσα δέλεαρ γίγνεται τῆς ἄγρας. ὅ, τι γὰρ ἂν εἰς αὐτὴν ἐμπέσῃ τῆς τοῦ χρυσίου γονῆς, τὸ μὲν προσήψατο μόνον· ἡ πίσσα δὲ εἰς

neque aquam ignis calefacit; ſed alteri cum altera pactae illic induciae ſunt. In Hiſpania quoque fluvius eſt, quem primo adſpectu nihil a fluminibus aliis differre iudicabis. At vero ſi paulo attentius auſcultes, aquam reſonantem audias: ubi enim vel modicus ventus vortices impulerit, aqua fidis in morem ſonum edit: plectri ſiquidem ventus, citharae vero aqua uſum praeſtat. Sed & in Lybia palus habetur, Indicae ſimilem arenam continens: ac Libycae ipſae virgines arcana & divitias eius norunt. Porro divitiae ſub aqua limo permixtae aſſervantur, auri fonte inibi ſcaturiente. Illitam igitur pice perticam in aquam demittunt, ac fluminis obices removent: quod autem piſci hamus, id auro pertica eſt. Illud enim apprehendit, dum eſcae officio pix fungitur: nam quidquid auri ab ea contingitur,

τὴν ἤπειρον ἥρπασε τὴν ἄγραν. οὕτως ἐκ ποταμοῦ Λιβυκοῦ, χρυσὸς ἀγρεύεται [1].

ιέ. Ταῦτα εἰπὼν, τὴν θυσίαν ἐπὶ τὴν Τύρον ἔπεμπε, καὶ τῇ πόλει συνδοκοῦν. Ὁ οὖν Καλλισθένης διαπλάττεται τῶν θεωρῶν εἷς γενέσθαι· καὶ ταχὺ καταπλεύσας εἰς τὴν Τύρον, καὶ ἐκμαθὼν τὴν τοῦ πατρὸς οἰκίαν, ἐφήδρευσεν ταῖς γυναιξίν· αἱ δὲ ὀψόμεναι τὴν θυσίαν ἐξῆεσαν· καὶ γὰρ ἦν πολυτελής. πολλὴ μὲν ἡ τῶν θυμιαμάτων πομπή. πολλὴ δὲ ἡ τῶν ἀνθέων συμπλοκή. τὰ θυμιάματα, κασσία καὶ λιβανωτὸς, καὶ κρόκος. τὰ ἄνθη, νάρκισσοι καὶ ῥόδα, καὶ μυρρίναι· ἡ δὲ τῶν ἀνθέων ἀναπνοὴ, πρὸς τὴν τῶν θυμιαμάτων ἤριζεν ὀδμήν. τὸ δὲ πνεῦμα ἀναπεμπόμενον εἰς τὸν ἀέρα, τὴν ὀδμὴν ἐκεράννυεν, καὶ ἦν ἄνεμος ἡδονῆς. τὰ δὲ ἱερεῖα, πολλὰ μὲν ἦν καὶ ποικίλα, διέπρεπον δὲ ἐν αὐτοῖς οἱ τοῦ Νείλου βόες. βοῦς γὰρ Αἰ-

adhaereſcit, atque in litore exponitur; eoque pacto aurum ex fluvio Libyco extrahitur.

XV. Haec cum dixiſſet Chaerephon, Tyrum, qui ſacrificarent, miſit, factum id civitate comprobante. Calliſthenes igitur e ſacrificii curatoribus unum ſe fingens, Tyrum quamprimum adnavigavit: ibique patris mei domo cognita, mulieribus, quae ſacrificii pompam ſpectatum prodierant, inſidias tetendit. Magnifico enim apparatu, ingenti videlicet ſuffimentorum copia, magnaque florum varietate inſtructa fuerat. In ſuffimentis, caſia, thus, crocus: in floribus, narciſſus, roſa, myrtus erant: ſuavitaſque e floribus afflata cum ſuffimentorum odore certabat: ſublatuſque cum aëre vapor odores confundebat, & ventum ſuavitate complebat. Sed & multae ac variae victimae complebantur: inter quas principem locum Nilo-

1 Ἀγρεύεται) Sic Angl. Bavar. & Commel. At Salmaſius dedit; ἁλιεύεται, ſine cauſa.

γύπτιος, οὐ τὸ μέγεθος μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν χροιὰν εὐτυχεῖ. τὸ μὲν γὰρ μέγεθος πάντη μέγας, τὸν αὐχένα παχὺς, τὸν νῶτον πλατὺς, τὴν γαστέρα πολὺς, τὸ κέρας, οὐχ ὡς ὁ Σικελὸς, εὐτελὴς, οὐδ' ὡς Κύπριος, δυσειδὴς, ἀλλ' ἐκ τῶν κροτάφων ὄρθιον ἀναβαῖνον, κατὰ μικρὸν ἑκατέρωθεν κυρτούμενον τὰς κορυφὰς συνάγει τοσοῦτον, ὅσον αἱ τῶν κεράτων διϊστᾶσιν ἀρχαὶ, καὶ τὸ θέαμα κυκλουμένης σελήνης ἐστὶν εἰκών. ἡ χροιὰ δὲ οἵαν Ὅμηρος [1] τοὺς τοῦ Θρᾳκὸς ἵππους ἐπαινεῖ. βαδίζει δὲ ταῦρος ὑψαυχενῶν, καὶ ὥσπερ ἐπιδεικνύμενος, ὅτι τῶν ἄλλων βοῶν ἐστι βασιλεύς. εἰ δὲ ὁ μῦθος Εὐρώπης ἀληθὴς, Αἰγύπτιον βοῦν ὁ Ζεὺς ἐμιμήσατο.

ιστ'. Ἔτυχε μὲν οὖν ἡ μὲν ἐμὴ μήτηρ τότε μαλακῶς ἔχουσα. σκηψαμένη δὲ καὶ ἡ Λευκίππη νοσεῖν [2],

tici boves obtinebant. Non ſolum autem magnitudine, verum etiam colore animal huiuſmodi praeſtat. Statura eſt eximia, cervice craſſa, humeris amplis, ventre magno, cornibus non ut Siculi boves depreſſis, neque ut Cyprii deformibus, ſed quae a temporibus alte conſurgentia ſenſim utrinque curventur ita, ut ſummae illorum partes, tantum ſibi mutuo appropinquent, quantum principia eorum inter ſe diſtant, & plenae lunae imaginem propemodum referre videantur: colore tali, qualem in Thraciis equis Homerus laudat. Incedit autem taurus is cervice ſublata ſic, ut aliorum ſe regem eſſe oſtendat. Quod ſi vera ſunt, quae de Europa traduntur, in Aegyptium taurum Iuppiter ſeſe commutavit.

XVI. Eo porro tempore, accidit, ut noverca mea incommoda valetudine eſſet. Leucippe vero morbum cau-

1 Iliad. K. 437:
Λευκότεροί χιόνος, θείειν δ' ἀνέμοισιν ὁμοῖοι.

2 Λευκίππη νοσεῖν ἐνδον ὑπέμεινε. συνέκειτο &c.) Totus locus ita conſtituendus: νοσεῖν,

ἔνδον ὑπέμεινε. συνέκειτο γὰρ ἡμῖν εἰς ταὐτὸν ἐλθεῖν, ὡς ἂν, τῶν πολλῶν ἐξιόντων, ὥς τε συνέβη, τὴν ἀδελφὴν τὴν ἐμὴν μετὰ τῆς μητρὸς Λευκίππης προελθεῖν. Καλλισθένης τὴν μὲν Λευκίππην οὐχ ἑωρακώς ποτε, τὴν δὲ Καλλιγόνην ἰδὼν, τὴν ἐμὴν ἀδελφὴν, νομίσας Λευκίππην εἶναι· ἐγνώρισε γὰρ τοῦ Σωστράτου τὴν γυναῖκα, πυθόμενος οὐδέν· ἦν γὰρ ἐαλωκὼς ἐκ τῆς θέας· δείκνυσιν ἑνὶ τῶν οἰκετῶν τὴν κόρην, ὃς ἦν αὐτῷ πιστότατος, καὶ κελεύει λῃστὰς ἐπ' αὐτὴν συγκροτῆσαι, καταλέξας τὸν τρόπον τῆς ἁρπαγῆς. πανήγυρις δὲ ἐπέκειτο, καθ' ἣν ἠκηκόει πάσας τὰς παρθένους ἁπάντων ἐπὶ θάλατταν. ὁ μὲν οὖν ταῦτα εἰπὼν, καὶ τὴν θεωρίαν ἀφοσιωμένος ἀπῆλθεν.

ιζ'. Ναῦν δὲ εἶχεν ἰδίαν, τοῦτο προκατασκευάσας εἰκόθεν εἰ τύχοι τῆς ἐπιχειρήσεως. οἱ μὲν δὴ ἄλλοι θεω-

sata, (convenerat enim inter nos, ut ita fieret) quousque alii exiviſſent, domi remanſit. Ex quo factum fuit, ut ſoror mea cum Leucippes matre tantum prodirent. Calliſthenes, qui nondum Leucippen viderat, cum primum Calligonen ſororem meam obviam habuit, eam Leucippen eſſe credidit: Soſtrati enim uxorem probe norat: ac nemine appellato, quippe qui adſpectu iam captus erat, famulorum uni, cui quam maxime fidebat, puellam oſtendit, latroneſque ad eam rapiendam convocare iubet, rapiendique modum praeſcribit; celebritatem inſtare, inquiens, qua virgines omnes ad mare profecturas eſſe audierat. Quae cum locutus eſſet, curandi ſacrificii munere neglecto, abiit.

XVII. Erat ei privata navis: quam, priuſquam domo exiret, inſtruxerat, ſi forte, quod animo iam agitabat, perficere poſſet. Iam vero alii rei divinae faciendae curatores

τῶν πολλῶν ἐξιόντων, ἔνδον ὑπέ- ταὐτὸν ἐλθεῖν. Ὡς δὲ συνέβη, μεινε. συνέκειτο γὰρ ἡμῖν, εἰς τὴν — προελθεῖν, Καλλισθ.

ροὶ ἀπέπλευσαν· αὐτὸς δὲ μικρὸν ἀπεσάλευε τῆς γῆς· ἅμα μὲν ὡς δοκοίη τοῖς πολλοῖς ἔπεσθαι, ἅμα δὲ ἵνα μὴ πλησίον τῆς Τύρου τοῦ σκάφους ὄντος, κατάφωρος γένοιτο μετὰ τὴν ἁρπαγήν. Ἐπειδὴ ἐγένετο κατὰ Σάραπτα κώμην Τυρίων, ἐπὶ θαλάττῃ κειμένην, ἐνταῦθα προσπορίζεται λέμβον, δίδωσι δὲ τῷ Ζήνωνι· τοῦτο γὰρ ἦν ὄνομα τῷ οἰκέτῃ, ὃν ἐπὶ τὴν ἁρπαγὴν παρεσκεύαζε. ὁ δὲ (ἦν γὰρ καὶ ἄλλως εὔρωστος [τὸ σῶμα], καὶ φύσει πειρατικὸς) ταχὺ μὲν ἐξεῦρε λῃστὰς ἁλιεῖς ἀπὸ τῆς κώμης ἐκείνης· καὶ δῆτα ἀνέπλευσεν ἐπὶ τὴν Τῦρον. Ἔστι δὲ μικρὸν ἐπίνειον Τυρίων νησίδιον ἀπέχον ὀλίγον τῆς Τύρου· Ῥοδόπης αὐτὸ τάφον οἱ Τύριοι λέγουσιν· ἔνθα ὁ λέμβος ἐφήδρευε.

ιή. Πρὸ δὲ τῆς πανηγύρεως, ἣν ὁ Καλλισθένης καὶ προσεδόκα, γίνεται δὴ τὰ τοῦ ἀετοῦ καὶ τῶν μαν-

in altum invecti erant: Calliſthenes autem non admodum a litore abſcedebat, ſimul ut multitudinem ſequi videretur, ſimul ut ne, cum Tyro vicina eſſet navis, poſt raptum deprehenderetur. Ac cum primum Saraptam Tyriorum vicum in mari ſitum pervenit, illic lembum inſuper ſibi comparavit, ac Zenoni tradit: id illi nominis erat, cui rapiendae puellae provinciam demandaverat. Is cum alioqui robuſto eſſet corpore, piraticamque a teneris facere didiciſſet, piratas in vico illo piſcandi etiam peritos confeſtim adinvenit, ac Tyrum applicuit. Eſt urbi Tyro proxima parva inſula: Tyriae illic naves ſtationem habent: quam Rhodopes tumulum vocant. Eo in loco lembum Zeno in inſidiis collocavit.

XVIII. Antequam autem celebritatis eius, quam Calliſthenes exſpectabat, dies adveniſſet, quae aquila portenderat, & quae divinatores reſponderant, omnia con-

τέων. καὶ εἰς τὴν ὑστεραίαν παρασκευαζόμεθα νύκτωρ ὡς θυσόμενοι τῷ θεῷ. τούτων δὲ τὸν Ζήνωνα ἐλάνθανεν οὐδέν· ἀλλ' ἐπειδὴ καιρὸς ἦν βαθείας ἑσπέρας, ἡμεῖς μὲν προήλθομεν, ὁ δὲ εἵπετο. ἄρτι δὲ λουομένων ἡμῶν ἐπὶ τῷ χείλει τῆς θαλάσσης, ὁ μὲν τὸ συγκείμενον ἀνέτεινε σημεῖον, ὁ δὲ λέμβος ἐξαίφνης προσέπλει, καὶ ἐπεὶ πλησίον ἐγένετο, ἦσαν ἐν αὐτῷ νεανίσκοι δέκα. ἐκτὼ δὲ ἑτέρους ἐπὶ τῆς γῆς εἶχον προλοχίσαντας, οἱ γυναικείας μὲν εἶχον ἐσθῆτας, καὶ τῶν γενείων ἐψιλῶντο τὰς τρίχας· ἔφερον δὲ ἕκαστος ὑπὸ κόλπῳ ξίφος· ἐκόμιζον δὲ καὶ αὐτοὶ θυσίαν, ὡς ἂν ἥκιστα ὑποπτεύθειεν. ἡμεῖς δὲ ᾠόμεθα εἶναι γυναῖκας. ἐπεὶ δὲ συνετίθεμεν τὴν πυρὰν, ἐξαίφνης βοῶντες συντρέχουσι, καὶ τὰς μὲν δᾷδας ἡμῶν ἀποσβεννύουσι. φευγόντων δὲ ἀτάκτως ὑπὸ τῆς ἐκπλήξεως, γυμνώσαντες τὰ ξίφη ἁρπάζουσι τὴν ἀδελφὴν τὴν ἐμὴν, καὶ

secuta sunt. Nos, ut postridie Deo sacrum faceremus, noctu nosmet adornaveramus: nec eorum quidquam Zenonem latuit. Ad multam igitur noctem solventes provehebamur, cum ille consecutus est. Commodum autem exieramus, atque in extremo litore abluebamur, cum is ex composito signum sustulit, lembusque statim litori propior factus est. Erant in eo iuvenes decem: exspectabant in terra octo alii in insidiis collocati, muliebri ornatu, mento raso. Hi omnes gladium sub veste clam gestabant: atque, ut quam minimam in suspicionem venirent, victimas admovebant, ita ut feminas illos esse arbitraremur. Posteaquam pyram exstruximus, ii, clamore sublato, repente impetum fecerunt, nostrasque faces exstinxerunt: cumque nos subito metu perculsi nullo ordine servato terga daremus, illi nudatis gladiis sororem

ἐνθέμενοι τῷ σκάφει, ἐμβάντες εὐθὺς, ὄρνιθος δίκην ἀφίπτανται. ἡμῶν δὲ οἱ μὲν ἔφυγον, οὐδὲν οὔτε ἰδόντες οὔτε ἐωρακότες [1], οἱ δὲ ἅμα τε εἶδον, καὶ ἐβόων· Λῃσταὶ Καλλιγόνην ἔχουσι. Τὸ δὲ πλοῖον ἤδη μέσην ἐπέραινε τὴν θάλασσαν· ὡς δὲ τοῖς Σαράπτοις προσέσχον, πόρρωθεν ὁ Καλλισθένης τὸ σημεῖον ἰδὼν, ὑπήντιζεν ἐπιπλεύσας, καὶ δέχεται μὲν τὴν κόρην, πλεῖ δὲ εὐθὺς πελάγιος. ἐγὼ δὲ ἀνέπνευσα μὲν οὕτω διαλυθέντων μοὶ παραδόξως τῶν γάμων· ἠχθόμην δ' οὕτως ὑπὲρ ἀδελφῆς περιπεσούσης τοιαύτῃ συμφορᾷ.

ιθ'. Ὀλίγας δὲ ἡμέρας διαλιπὼν, πρὸς τὴν Λευκίππην διελεγόμην· μέχρι τίνος ἐπὶ τῶν Φιλημάτων ἱστάμεθα, φιλτάτη; καλὰ τὰ προοίμια· προσθῶμεν ἤδη τι καὶ ἐρωτικόν. Φέρε, ἀνάγκην ἀλλήλοις ἐπιθῶ-

meam rapuerunt, navique cum ea inſcenſa, volucrum inſtar confeſtim avolaverunt. E nobis alii, ea re neque viſa, neque audita, fugae ſeſe mandarunt: nonnulli & viderunt, & vocem hanc ſimul miſerunt: Calligonen piratae avexerunt. Iam medium lembus mare tranaverat, Sareptaeque appropinquaverat, cum Calliſthenes agnito procul ſigno proceſſit obviam, ſuſceptaque puella in altum ſe recepit. Mihi vero, diſturbatis tam praeter opinionem meam nuptiis, animus rediit, tametſi ſororem tantam in calamitatem incidiſſe non poteram non dolere.

XIX. Paucis poſt diebus, quam haec acta ſunt, Leucippen iis verbis affatus ſum: Quouſque tandem, cariſſima Leucippe, baſiis inſiſtemus? Specioſa quidem certe initia haec ſunt; verum aliquid etiam ex iis, quae ab amantibus expetuntur, addamus. Age, fidei neceſſitatem

1 Ἐωρακότες) Interpres legit: ἀκηκοότες. E ſeqq. patet, legendum eſſe; κεκραγότες. Subiicitur enim: οἱ δὲ ἅμα τε εἶδον, καὶ ἐβόων.

μεν πίστεως. ἂν γὰρ ἡμᾶς Ἀφροδίτη μυσταγωγήσῃ, οὐ μή τις ἄλλος κρείττων γένηται τῆς θεοῦ. Ταῦτα πολλάκις κατεπάδων, ἐπεπείκειν τὴν κόρην ὑποδέξασθαί με τῷ θαλάμῳ νυκτὸς, τῆς Κλειοῦς συνεργούσης, ἥτις ἦν αὐτῇ θαλαμηπόλος. εἶχε δὲ ὁ θάλαμος αὐτῆς οὕτως. χωρίον ἦν μέγα τέτταρα οἰκήματα ἔχον· δύο μὲν ἐπὶ δεξιᾷ, δύο δὲ ἐπὶ θατέρᾳ. μέσος δὲ διεῖργε στενωπὸς ὁδὸς ἐπὶ τὰ οἰκήματα. θύρα δὲ ἐν ἀρχῇ τοῦ στενωποῦ μία ἐνεκλείετο. Ταύτην εἶχον τὴν καταγωγὴν αἱ γυναῖκες. καὶ τὰ μὲν ἐνδοτέρω τῶν οἰκημάτων ἥτε παρθένος καὶ ἡ μήτηρ αὐτῆς διειλήφεσαν, ἑκάτερα τὰ ἀντικρύ· τὰ δὲ ἔξω δύο τὰ πρὸς τὴν εἴσοδον, τὸ μὲν ἡ Κλειὼ τὸ κατὰ τὴν παρθένον, τὸ δὲ ταμεῖον ἦν. Κατακοιμίζουσα δὲ ἀεὶ τὴν Λευκίππην ἡ μήτηρ, ἔκλειεν ἔνδοθεν τὴν ἐπὶ τοῦ στενωποῦ θύραν· ἔξωθε δέ τις ἕτερος ἀπέκλειε, καὶ τὰς κλεῖς ἔβαλλε διὰ

mutuo nobis imponamus. Nam si Veneris sacris initiabimur, Deum alium nullum ea meliorem inveniemus. His cantionibus saepius repetitis, eam, ut me noctu thalamo susciperet, induxi, Clione etiam, quae cubiculi eius curam sustinebat, adiuvante. Porro thalamus ita aedificatus fuerat. Ingens aderat spatium, thalamos duos dextera, siniſtra totidem continens, media interiacente semita quadam angusta, qua ad eos iri posset. Semitae huius limen valvas, quibus occluderetur, habebat. Inibi degebant mulieres. Nam thalamos interiores, mutuo sibi oppositos, virgo & eius mater obtinuerant. Ex reliquis duobus propius ad introitum alter iuxta Leucippen Clioni, alter ex adverso penui asservando destinatus fuerat. Leucippen mater cubitum semper comitabatur: ac non solum valvas ipsa intus claudebat, verum etiam foris per alium claudi,

τῆς ὀπῆς· ἡ δὲ λαβοῦσα ἐφύλαττεν, καὶ περὶ τὴν ἕω καλέσασα τὸν εἰς τοῦτο ἐπιτεταγμένον, διέβαλλε πάλιν τὰς κλεῖς, ὅπως ἀνοίξειεν. Ταύταις οὖν ἴσας μηχανησάμενος ὁ Σάτυρος γενέσθαι, τὴν ἄνοιξιν πειρᾶται· καὶ ὡς εὗρε δυνατήν, τὴν Κλειώ τε ἐπεπείκει, καὶ τῆς κόρης συνειδυίης, μηδὲν ἀντιπράξαι τῇ κόρῃ. καὶ [τέχνῃ] [1] ταῦτα ἦν τὰ συγκείμενα.

κ'. Ἦν δέ τις αὐτῶν οἰκέτης πολυπράγμων, καὶ λάλος, καὶ λίχνος, καὶ πᾶν ὅ, τι ἂν εἴποι τις ὄνομα, Κώνωψ. οὗτός μοι ἐδόκει πόρρωθεν ἐπιτηρεῖν τὰ πραττόμενα ἡμῖν· μάλιστα δε, ὅπερ ἦν ὑποπτεύσας, μή τι νύκτωρ ἡμῖν πραχθῇ, διενυκτέρευε μέχρι πόρρω τῆς ἑσπέρας, ἀναπετάσας τοῦ δωματίου τὰς θύρας, ὥστε ἔργον ἦν αὐτὸν λαθεῖν. Ὁ οὖν Σάτυρος βουλόμενος αὐτὸν εἰς φιλίαν ἀγαγεῖν, προσέπαιζε πολλά-

cuſtodiendaſque ſibi per foramen claves reddi curabat. Mane autem circiter aurorae ortum advocato eo, cui hoc oneris impoſuerat, ac redditis clavibus, aperire oſtium iubebat. Iis igitur ſimiles alias quaſdam cum Satyrus fabricari curaſſet, aperiendi periculum fecit: atque ut rem e ſententia procedere animadvertit, Clioni, puella etiam conſcia, perſuaſit, ne illi quoquo modo impedimento eſſet: id quod arte minime carebat.

XX. Erat iis famulus quidam, vir curioſus, loquax, ventri deditus, ac quovis alio ſimili nomine dignus: quem Conopem vocabant. Is mihi, quaecunque ageremus, procul obſervare videbatur. Maxime vero ſuſpicans, ne noctu aliquid tentaremus, ad multam noctem cubiculi foribus apertis vigilabat ita, ut eum latere perdifficile eſſet: quam ob rem Satyrus, hominem ad amicitiam attrahere volens,

1 Τέχνῃ) Totus locus forte ſic conſtituendus: καὶ, τῆς κόρης συνειδυίης, μηδὲν ἀντιπράξαι τῇ τέχνῃ. καὶ ταῦτα ἦν τὰ συγκείμενα.

κις, καὶ κώνωπα ἐκάλει, καὶ ἔσκωπτε τοὔνομα σὺν γέλωτι. καὶ οὗτος εἰδὼς τοῦ Σατύρου τὴν τέχνην, προσεποιεῖτο μὲν ἀντιπαίζειν καὶ αὐτός. ἐνετίθει δὲ τῇ παιδιᾷ τῆς γνώμης τὸ ἄσπονδον. λέγει δὲ πρὸς αὐτόν· Ἐπειδὴ καταμωκᾶς μου καὶ τοὔνομα, φέρε, σοὶ μῦθον ἀπὸ κώνωπος εἴπω.

κά. Ὁ λέων κατεμέμφετο τὸν Προμηθέα πολλάκις, ὅτι μέγαν μὲν αὐτὸν ἔπλασε καὶ καλόν· καὶ τὴν μὲν γένυν ὤπλισε τοῖς ὀδοῦσι, τοὺς δὲ πόδας ἐκράτυνε τοῖς ὄνυξιν, ἐποίησέ τε τῶν ἄλλων θηρίων δυνατώτερον. ὁ δὲ τοιοῦτος, ἔφασκε, τὸν ἀλεκτρύονα φοβοῦμαι. Καὶ ὁ Προμηθεὺς ἐπιστὰς, ἔφη· Τί με μάτην αἰτιᾷς; τὰ μὲν γὰρ ἐμὰ πάντα ἔχεις, ὅσα πλάττειν ἐδυνάμην· ἡ δὲ σὴ ψυχὴ πρὸς τοῦτο μόνον μαλακίζεται. Ἔκλαιεν οὖν ἑαυτὸν ὁ λέων, καὶ τῆς δειλίας κατεμέμφετο, καὶ τέλος ἀποθανεῖν ἤθελεν. οὕτω δὲ

cum eo ſaepe iocabatur, & Conopem, quae vox culicem denotat, appellabat, eiuſque nomen cavillabatur. Ille, Satyri arte cognita, contra iocari quidem fingebat: verum infidum animum gerebat. Itaque ad eum converſus: Agedum, inquit, quoniam nomen meum irrides, fabulam, quam de culice ſum narraturus, audi.

XXI. Prometheum leo multoties incuſavit, quod, cum ſe magnum & formoſum effinxiſſet, maxillaſque dentibus, unguibus pedes armaviſſet, ac feris aliis robuſtiorem effeciſſet, tamen dotibus tot praeditus gallum gallinaceum timeret. Cui reſpondens Prometheus: Quid temere, inquit, me accuſas? ego, quae praeſtare potui, omnia tibi conceſſi: verum animus ipſe tuus hac una in re infirmus eſt. Quocirca flebat leo, ſeque timiditatis damnans, mori omnino decreverat. Qua in cogitatione dum eſſet, in

γνώμης ἔχων ἐλέφαντι περιτυγχάνει, καὶ προσαγορεύσας εἰστήκει διαλεγόμενος. καὶ ὁρῶν διαπαντὸς τὰ ὦτα κινοῦντα· Τί πάσχεις; ἔφη. καὶ τί δήποτε οὐδὲ μικρὸν ἀτρεμεῖ σου τὸ οὖς; Καὶ ὁ ἐλέφας, κατὰ τύχην παραπτάντος αὐτῷ κώνωπος· Ὁρῶ, ἔφη, τοῦτο τὸ βραχὺ τὸ βομβοῦν, ἢν εἰσδύῃ μου τῇ τῆς ἀκοῆς ὁδῷ, τέθνηκα. καὶ ὁ λέων· Τί οὖν ἔτι ἀποθνήσκειν, ἔφη, με δεῖ, τοσοῦτον ὄντα, καὶ ἐλέφαντος εὐτυχέστερον, πόσῳ κρείττων κώνωπος ἀλέκτρυών; Ὁρᾷς, ὅσον ἰσχύος ὁ κώνωψ ἔχει, ὡς καὶ ἐλέφαντα φοβεῖν. Συνεὶς οὖν ὁ Σάτυρος τὸ ὕπουλον αὐτοῦ τῶν λόγων, ῥῆμα μειδιῶν· Ἄκουσον κἀμοῦ τινα λόγον, εἶπεν, ἀπὸ κώνωπος καὶ λέοντος, ὃν ἀκήκοα τινὸς τῶν φιλοσόφων· χαρίζομαι δέ σοι τοῦ μύθου τὸν ἐλέφαντα.

κβ'. Λέγει τοίνυν κώνωψ ἀλαζών ποτε πρὸς τὸν

elephantem incidit, quocum poſt datam ſalutem in ſermonem delapſus, ubi aures perpetuo moventem illum vidit: Quid hoc, inquit, rei eſt? cur ne punctum quidem temporis auribus quietem das? Tum elephas, cuius circum caput culex tum forte volitabat: Beſtiolam, inquit, hanc ſuſurrantem cerno: quae ſi aures modo meas ingrederetur, de me actum eſſet. Leo vero, Quid me igitur, inquit, mori oportet? qui talis ſim, tantoque elephante beatior, quanto culici gallus gallinaceus antecellit. Videſne, quantum culici roboris inſit, quantum elephantum etiam terret? Satyrus autem doli plenam illius orationem cognoſcens leniter arriſit: ac, Meam tu quoque, inquit, de culice ac leone hiſtoriam, a philoſopho quopiam relatam, audi. Habeo vero tibi gratiam, quod elephanti me fabulam edocueris.

XXII. Confidentiae igitur plenus aliquando culex leo-

λέοντα. Εἶτα κἀμοῦ βασιλεύειν νομίζεις ὡς τῶν καὶ ἄλλων θηρίων; ἀλλ' οὔτε μοῦ καλλίων, οὔτε ἀλκιμώτερος ἔφυς, οὔτε μείζων, ἐπεὶ τί σοι πρότερόν ἐστιν [1]; ἀλκή; ἀμύσσεις τοῖς ὄνυξι, καὶ δάκνεις τοῖς ὀδοῦσι. ταῦτα γὰρ οὐ ποιεῖ μαχομένη γυνή; ποῖον δὲ μέγεθος ἢ κάλλος σε κοσμεῖ; στέρνον πλατύ, ὦμοι παχεῖς, καὶ πολλὴ περὶ τὸν αὐχένα κόμη. τὴν κατόπιν οὖν αἰσχύνην οὐχ ὁρᾷς; ἐμοὶ δὲ μέγεθος μὲν ὁ ἀὴρ ὅλος, ὅσον μου καταλαμβάνει τὸ πτερόν· κάλλος δὲ αἱ τῶν λειμώνων κόμαι. αἱ μὲν γάρ εἰσιν ὥσπερ ἐσθῆτες, ἃς ὅταν θέλω παῦσαι τὴν πτῆσιν ἐνδύομαι. τὴν δὲ ἀνδρείαν μου μὴ καὶ γελοῖον ᾖ καταλέγειν; ὄργανον γὰρ ὅλος εἰμὶ πολέμου· μετὰ μὲν σάλπιγγος παρατάττομαι· σάλπιγξ [2] δέ μοι καὶ βέλος, τὸ

nem allocutus: Nae tu, inquit, vehementer erras, ſi mihi etiam, quemadmodum ceteris animalibus, praepoſitum te credis, cum neque pulchrior, neque fortior, neque melior ſis. Nam quid tibi praecipuum? an robur? Tu quidem unguibus laceras & dentibus mordes: at quae muliercula pugnans non hoc facit? Quae vero magnitudo te ornat? quae pulchritudo? Amplum tibi pectus eſt, & lati humeri: collum etiam denſis inhorreſcit pilis: at quanta poſteriorum partium turpitudo ſit, non vides? Magnitudo mea eſt aër totus, quantum quidem alis circuire poſſum. Pulchritudo pratorum gramina & flores, quae veſtis etiam loco mihi eſt: quam, cum a volatu quieſcere lubet, induo. Neque vero dicta ridiculum fuerit robur meum: totus enim bellicum inſtrumentum ſum, nec ſine tuba unquam in pugnam prodeo. Mihi enim os & tuba & iacu-

1 Ἐπεὶ τί σοι πρότερόν ἐστιν) Legendum forte: εἰπέ, τί σοι πρότερόν ἐστιν; .

2 Σάλπιγξ) Hinc culices ὀξυβόαι apud Meleagrum in Epigr. L. VII. Plin. L. XI, c. 2, de culice: *Ubi truculentam illam & portione maximam vocem ingenerauit? -- Telum vero perfodiendo tergori quo ſpiculavit ingenio?*

στόμα. ὥστε εἰμὶ καὶ αὐλητὴς καὶ τοξότης. ἐμαυτοῦ δὲ οἰστὸς καὶ τόξον γίνομαι. τοξεύει γάρ μου διαέριον τὸ πτερόν. ἐμπεσὼν δὲ ὡς ἀπὸ βέλους ποιῶ τὸ τραῦμα. ὁ δὲ παταχθεὶς ἐξαίφνης βοᾷ, καὶ τὸν τετρωκότα ζητεῖ. ἐγὼ δὲ παρὼν οὐ πάρειμι· ὁμοῦ δὲ καὶ φεύγω καὶ μένω, καὶ περιϊπτεύω τὸν ἄνθρωπον τῷ πτερῷ, γελῶ δὲ αὐτὸν βλέπων περὶ τοῖς τραύμασιν ὀρχούμενον. Ἀλλὰ τί δεῖ λόγων; ἀρχώμεθα μάχης. ἅμα λέγων ἐμπίπτει τῷ λέοντι, καὶ εἰς τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐμπηδᾷ, καὶ εἴ τι ἄλλο ἄτριχον τῶν προσώπων, περιϊπτάμενος ἅμα καὶ τῷ βόμβῳ καταυλῶν. ὁ δὲ λέων ἠγριαίνετο, καὶ μετεστρέφετο πάντη, καὶ τὸν ἀέρα περιέχασκεν. ὁ δὲ κώνωψ ταύτην πλέον τὴν ὀργὴν ἐτίθετο παιδιὰν, καὶ ἐπ' αὐτοῖς ἔθιγέ πως καὶ τοῖς χείλεσιν. καὶ ὁ μὲν ἔκλινεν εἰς τὸ λυποῦν [1] μέρος,

lum eſt, eoque & tubicen & iaculator ſum. Sagittam quin etiam atque arcum memet facio: per aërem enim alae me vibrant. Vibratus ipſe, tanquam telum aliquod, vulnus infero: quod qui accipit, ſubitum clamorem edit, vulneriſque auctorem ut inveniat, circumſpicit. Ego vero & abſum, & adſum, eodemque momento & fugio, & remaneo, aliſque hominem obequito, atque ob vulnera ſaltantem cernens rideo. Sed quid verbis opus eſt? Agedum, pugnam ineamus. Atque inter loquendum in leonem impetum fecit, oculos, aliaſque omnes capitis partes pilis carentes appetens, interimque ſuſurrans. Iraſcebatur leo, ſeque huc illuc convertens, aërem modo vorabat. Culex autem illius iram eo magis ludibrio habens, ipſa etiam labra invadebat. Atque ille quidem ad partem dolentem,

Et Tertullianus etiam adverſus Marcionem L. I, c. 14, ex animalibus minutioribus conditoris magnitudinem demonſtraturus: *Suſtine*, inquit, *ſi potes*, - - *cuticis & tubam & lanceam.*

1 Λυποῦν) Ita reſcripſimus, ſecuti Cod. λοιποῦν offerentem. Interpres quoque reddidit: *ad partem dolentem.*

ἀνακάμπτων ἔνθα τοῦ τραύματος ἡ πληγή· ὁ δὲ ὥσπερ παλαιστὴς τὸ σῶμα σκάζων, εἰς τὴν συμπλοκὴν ἀπέρρει τῶν τοῦ λέοντος ὀδόντων, αὐτὴν μέσην διαπτὰς κλειομένην τὴν γένυν. οἱ δὲ ὀδόντες κενοὶ τῆς θήρας περὶ ἑαυτοὺς ἐκροτάλιζον. ἤδη τοίνυν ὁ λέων ἐκεκμήκει σκιαμαχῶν πρὸς τὸν ἀέρα τοῖς ὀδοῦσιν, καὶ εἱστήκει παρειμένος ὀργῇ. ὁ δὲ κώνωψ περιπτάμενος αὐτοῦ τὴν κόμην, ἐπηύλει μέλος ἐπινίκιον. μακρότερον δὲ ποιούμενος τῆς πτήσεως τὸν κύκλον, ὑπὸ περιττῆς ἀπειροκαλίας ἀράχνης λανθάνει νήμασιν ἐμπλακείς, καὶ τὴν ἀράχνην οὐκ ἔλαβεν ἐμπεσών. ὡς δ' οὐκέτ' εἶχε φυγεῖν, ἀδημονῶν εἶπεν· Ὦ τῆς ἀνοίας. προυκαλούμην μὲν γὰρ ἐγὼ λέοντα, ὀλίγος δέ με ἤγρευσεν ἀράχνης χιτών. Ταῦτα εἰπών· Ὥρα τοίνυν, ἔφη, καί σε τὰς ἀράχνας φοβεῖσθαι. Καὶ ἅμα ἐγέλασεν.

κγ'. Καὶ ὀλίγας διαλιπὼν ἡμέρας, εἰδὼς αὐτὸν

quae ſcilicet vulnus acceperat, ſeſe incurvans, declinabat: hic vero luctatoris vice, contracto corpore, per medios leonis dentes, os etiam clauſum pertranſiens, elabebatur. Itaque praeda fruſtrati dentes illius mutuo concurſu reſonabant. Tandem inani pugna defatigatus, iraque devictus leo quieverat, cum eius comam volitando circuiens culex, victoriae ſignum cecinit. Inde cum ampliore gyro volatum nimia inſolentia elatus producerer, in aranei telam improviſo incidit: atque ab eo ſtatim deprehenſus eſt. Quamobrem ubi nullum fugiendi locum ſibi relictum cognovit, ſuam ipſius dementiam deteſtatus: Me miſerum, inquit, qui leonem provocare auſus, tenuem aranei telam evadere non poſſum. Quae Satyrus cum dixiſſet: Vide, inquit, o Conops, aranei tibi quoque telas eſſe timendas, ac ſimul cachinnum ſuſtulit.

XXIII. Paucis autem diebus poſt, cum ventri deditum

γαστρὸς ἡττώμενων, Φάρμακον πριάμενος ὕπνου βαθέος, ἐφ' ἑστίασιν αὐτὸν ἐκάλεσεν. ὁ δὲ ὑπώπτευσε μέν τινα μηχανὴν, καὶ ὤκνει τὸ πρῶτον. ὡς δ' ἡ βελτίστη [1] γαστὴρ κατηνάγκασεν, πείθεται. ἐπεὶ δ' ἦκεν πρὸς τὸν Σάτυρον, εἶτα δειπνήσας, ἔμελλεν ἀπιέναι, ἐγχεῖ τοῦ Φαρμάκου κατὰ τῆς τελευταίας κύλικος ὁ Σάτυρος αὐτῷ· καὶ ὁ μὲν ἔπιεν, καὶ μικρὸν διαλιπὼν, ὅσον εἰς τὸ δωμάτιον αὐτοῦ φθάσαι, καταπεσὼν ἔκειτο, τὸν ὕπνον καθεύδων τοῦ Φαρμάκου. ὁ δὲ Σάτυρος εἰστρέχει πρός με, καὶ λέγει· Κεῖταί σοι καθεύδων ὁ Κώνωψ· σὺ δὲ ὅπως Ὀδυσσεὺς ἀγαθὸς γένῃ. Καὶ ἅμα ἔλεγεν, καὶ ἤκομεν ἐπὶ τὰς θύρας τῆς ἐρωμένης. καὶ ὁ μὲν ὑπελείπετο· ἐγὼ δὲ εἰσήειν, ὑποδεχομένης με τῆς Κλειοῦς ἀψοφητὶ, τρέμων τρόμον διπλοῦν χαρᾶς ἅμα καὶ φόβου· ὁ μὲν γὰρ τοῦ κινδύνου φόβος ἐθορύβει τὰς τῆς ψυχῆς ἐλπίδας· ἡ

Satyrus Conopem animadvertisset, soporifera potione comparata, hominem ad coenam vocavit. Ille mali aliquid suspicans, primum detrectavit: sed posteaquam suasor optimus venter pellexit, morem gessit. Cumque ad Satyrum venisset, ac coenatus abire vellet, potionem ei Satyrus postremo in poculo miscuit: qua ille hausta non amplius moratus, quam quantum ad se intra cubiculum recipiendum satis esset, potione cogente arcte dormitare coepit. Me vero conveniens statim Satyrus, Dormit, inquit, Conops: itaque Ulyssis exemplo strenuus fac sis. Quo dicto, ad Leucippes thalamum subito profecti sumus. Ille pro foribus remansit: ego, me furtim excipiente Clione, introii, obiecto cum gaudio, tum pavore tremens. Nam periculi metus animi spem, conturbabat: assequendi autem spes

1 Lacunam hic facile animadvertas. Interpres vertit: *suasor optimus, venter.*

δὲ ἐλπὶς τοῦ τυχεῖν, ἐπεκάλυπτεν ἡδονῇ τὸν Φόβον. οὕτω καὶ τὸ ἐλπίζον ἐφοβεῖτό μου, καὶ ἔχαιρε τὸ λυπούμενον. ἄρτι δέ μου προσελθόντος εἴσω τοῦ θαλάμου τῆς παιδὸς, γίνεταί τι τοιοῦτον περὶ τὴν τῆς κόρης μητέρα. ἔτυχεν γὰρ ὄνειρος αὐτὴν πατάξας. ἐδόκει τινὰ λῃστὴν μάχαιραν ἔχοντα γυμνὴν, ἄγειν ἁρπασάμενον αὐτῆς τὴν θυγατέρα, καὶ καταβέμενον ὑπτίαν, μέσην ἀνατεμεῖν τῇ μαχαίρᾳ τὴν γαστέρα κάτωθεν ἀρξάμενον ἀπὸ τῆς αἰδοῦς. ταραχθεῖσα οὖν ὑπὸ δείματος, ὡς εἶχεν, ἀναπηδᾷ, καὶ ἐπὶ τὸν τῆς θυγατρὸς θάλαμον τρέχει, (ἐγγὺς γὰρ ἦν) ἄρτι μου κατακλιθέντος. ἐγὼ μὲν δὴ τὸν ψόφον ἀκούσας ἀνοιγομένων τῶν θυρίδων, εὐδὺς ἀνεπήδησα. ἡ δὲ ἐπὶ τὴν κλίνην παρῆν. συνεὶς οὖν τὸ κακὸν, ἐξάλλομαι, καὶ διὰ τῶν θυρῶν ἴεμαι δρόμῳ, καὶ ὁ Σάτυρος ὑποδέχεται τρέμοντα, καὶ τεταραγμένον. εἶτ' ἐφεύγομεν διὰ τοῦ σκότους, καὶ ἐπὶ τὸ δωμάτιον ἑαυτῶν ἤλθομεν.

metum voluptate perfundebat. Ita quae pars animi ſperabat, timore angebatur: quae dolebat, gaudio geſtiebat. Ceterum vix puellae cubiculum ingreſſus eram, ubi matri eius horribile neſcio quid in ſomnis oblatum eſt. Latronem enim quendam diſtricto gladio armatum videre viſa eſt, qui filiam abduceret, ac ſupinam ſtatuens, uterum eius, facto a pudendis initio, gladio ſecaret. Quamobrem, ut erat, metu perculſa proſiliit, Leucippeſque thalamum, prope enim erat, citato gradu ingreſſa eſt, me vix in lecto collocato. Tum vero ego, cardinum ſtrepitu audito, ſtatim exſurrexi: iam vero ipſa lecto adſtabat: ipſe, quo in periculo verſarer intelligens, extra thalamum quam ociſſime cucurri. Satyrus trementem perturbatumque me accepit: ambo deinde per tenebras evadentes, ſuum quiſque intra cubiculum ſe recepit.

κδ'. Ἡ δὲ πρῶτον μὲν ὑπὸ εἰλίγγου κατέπεσεν· εἶτα ἀνενεγκοῦσα τὴν Κλειὼ κατὰ κόρρης ὡς εἶχε, ῥαπίζει, καὶ ἐπιλαβομένη τῶν τριχῶν, ἅμα πρὸς τὴν θυγατέρα ἀνώμωξεν· Ἀπώλεσάς μου, λέγουσα, Λευκίππη, τὰς ἐλπίδας. οἴμοι, Σώστρατε. σὺ μὲν ἐν Βυζαντίῳ πολεμεῖς ὑπὲρ ἀλλοτρίων γάμων· ἐν Τύρῳ δὲ καταπεπολέμησαι, καὶ τῆς θυγατρός σου τὶς τοὺς γάμους ἐσύλησεν. οἴμοι δειλαία τοιούτους σοὶ τοὺς γάμους ὄψεσθαι οὐ προσεδόκουν. ὄφελον ἔμεινας ἐν Βυζαντίῳ, ὄφελον ἔπαθες πολέμου νόμῳ τὴν ὕβριν, ὄφελόν σε κἂν Θρᾴξ νικήκας ὕβρισεν· οὐκ εἶχεν ἡ συμφορὰ διὰ τὴν ἀνάγκην ὄνειδος. νῦν δὲ κακόδαιμον, ἀδοξεῖς, ἐν οἷς δυστυχεῖς· ἐπλάνα δέ με καὶ τὰ τῶν ἐνυπνίων φαντάσματα, τὸν δὲ ἀληθέστερον ὄνειρον οὐκ ἐθεασάμην. νῦν ἀθλιώτερον ἀνετμήθης τὴν γαστέρα.

XXIV. Puellae mater vertigine primum correpta decidit: mox recreata Clioni faciem totis viribus pugnis contudit: ac ſuos ſibi capillos convellens, unaque ingemiſcens, ita filiam allocuta eſt: Leucippe, tu ſpes meas omnes praecidiſti. Heu miſeram me, o Soſtrate! tu Byzantii pro alienis nuptiis bellum geris, Tyri autem filiae tuae cubile neſcio quis expugnavit, ac polluit. Hei me, o Leucippe! non ego, tales ut nuptias tuas viderem, exſpectabam. Utinam Byzantii remanſiſſes: utinam belli lege contumeliam hanc paſſa eſſes: utinam te vel Thrax aliquis hoſtis victor iniuria affeciſſet: faceret enim vis illa, ut infortunium iſtud dedecore careret. Nunc, o te infelicem, eius rei, quae te miſeram reddit, ad te infamia redundat. Quae nocturna etiam viſa me fefellerunt; neque, quod verius erat, inſomnium vidi. Nunc certe crudelem in modum diſſectus tibi uterus fuit, atque adeo, ut ne ferro quidem

αὕτη δυστυχεστέρα τῆς μαχαίρας τομὴ, οὐδὲ ἴδον τὸν ὑβρίσαντά σε, οὐδὲ οἶδά μου τῆς συμφορᾶς τὴν τύχην. οἴμοι τῶν κακῶν. μὴ καὶ δοῦλος ἦν;

κε'. Ἐθάρσησεν οὖν ἡ παρθένος, ὡς ἂν ἐμοῦ διαπεφευγότος, καὶ λέγει· Μὴ λοιδόρει μου, μήτερ, τὴν παρθενίαν· οὐδὲν ἔργον μοι πέπρακται τοιούτων ῥημάτων. οὐδὲ οἶδα τοῦτον ὅστις ἦν, εἴτε δαίμων, εἴτε Ἥρως [1], εἴτε λῃστής. ἐκείμην δὲ πεφοβημένη, μηδὲ ἀνακραγεῖν διὰ τὸν φόβον δυναμένη. φόβος γὰρ γλώττης ἐστὶ δεσμός. ἓν οἶδα μόνον, οὐδείς μου τὴν παρθενίαν κατήσχυνεν. Καταπεσοῦσα οὖν ἡ Πανθία πάλιν ἔστενεν. Ἡμεῖς δὲ ἐσκοποῦμεν, καθ' ἑαυτοὺς γενόμενοι, τί ποιητέον εἴη, καὶ ἐδόκει κράτιστον εἶναι φεύγειν, πρὶν ἠὼς γένηται, καὶ τὸ πᾶν ἡ Κλειὼ βασανιζομένη κατείπῃ.

crudelius dividi potuerit. Quid, quod neque iniuriae tibi factae, neque iniusti mihi doloris auctorem cognovi. O infortunia! numquid vero servus iste aliquis fuit?

XXV. Tum Leucippe animo confirmato, quod fuga elapsus essem: At tu, mater, virginitatem, inquit, meam probris incessere noli: neque enim sermone isto tuo dignum quidquam admisi, neque illum, quisquis tandem, sive Deus, sive heros, seu etiam latro fuerit, agnovi. Perterrita enim iacebam, ut neque vocem prae timore mittere possem: linguae enim vinculum timor est. Hoc tantum scio, virginitatem a nemine meam violatam fuisse. Itaque collapsa iterum Panthia ingemiscebat. Interea nos, quid fieri a nobis oporteret, soli mente agitabamus: illudque optimum iudicatum est, ut, priusquam illucesceret, ac tormentis coacta Clio rem patefaceret, solum verteremus.

1 Εἴτε Ἥρως) Legebatur antea εἴτε ἔρως male post v. εἴτε δαίμων. Nostram lectionem habuisse videtur vetus Interpres.

κστ'. Δόξαν οὖν οὕτως εἰχόμεθα ἔργου. σκηψάμενοι δὲ πρὸς τὸν θυρωρὸν, ἀπιέναι πρὸς ἐρωμένην, καὶ ἐπὶ τὴν οἰκίαν ἐρχόμεθα τοῦ Κλεινίου. ἦσαν δὲ λοιπὸν μέσαι νύκτες, ὥστε μόλις ὁ θυρωρὸς ἀνέῳξεν ἡμῖν. καὶ ὁ Κλεινίας, ἐν ὑπερῴῳ γὰρ τὸν θάλαμον εἶχε, διαλεγομένων ἡμῶν ἀκούσας κατατρέχει τεταραγμένος. καὶ ἐν τοῦτῳ τὴν Κλειὼ κατόπιν ὁρῶμεν σπουδῇ θέουσαν· ἦν γὰρ δρασμὸν βεβουλευμένη· ἅμα τε ὁ Κλεινίας ἤκουσεν ἡμῶν ἃ πεπόνθαμεν, καὶ τῆς Κλειοῦς ἡμεῖς, ὅπως φύγοι, καὶ πάλιν ἡμῶν ἡ Κλειὼ τί ποιεῖν μέλλοιμεν. παρελθόντες οὖν εἴσω τῶν θυρῶν, τῷ Κλεινίᾳ διηγούμεθα τὰ γεγονότα, καὶ ὅτι φεύγειν διεγνώκαμεν. λέγει ἡ Κλειὼ, Κἀγὼ σὺν ὑμῖν. ἢν γὰρ περιμένω τὴν ἕω, θανατός μοι πρόκειται, τῶν βασάνων γλυκύτερος.

XXVI. Hac ſententia comprobata cum ianitore ita egimus, ut ad amicas noſtras ituros nos crederet: atque ad Cliniam recta pervenimus. Erat tum media nox, ideoque nonniſi difficulter a ianitore impetravimus, ut fores aperiret. Clinia, quod in editiore domus parte cubare conſueviſſet, colloquentes nos audivit, perturbatuſque omni cum feſtinatione obviam nobis proceſſit. Atque haec dum fiunt, Clionem celeri curſu nos ſequentem proſpicimus; fugere enim ipſa quoque decreverat. Eodem igitur tempore Clinia, quid nobis eveniſſet, intellexit, & nos, quid Clioni, quare fugeret. Clio contra noſtrum conſilium exploravit: domum enim ingreſſi nos primum Cliniae, quae acta fuerant, & quemadmodum e patria excedere ſtatueramus, expoſuimus. Deinde Clio: Ego quoque, inquit, vobiſcum una proficiſcar. Nam ſi manſero, quouſque illuceſcat, mors mihi tormentis dulcior obeunda.

κζ'. Ὁ οὖν Κλεινίας τῆς χειρός μου λαβόμενος, ἄγει τῆς Κλειοῦς μακρόθεν, καὶ λέγει· Δοκῶ μοι καλλίστην γνώμην εὑρηκέναι, ταύτην μὲν ὑπεξαγαγεῖν, ἡμᾶς δὲ ὀλίγας ἡμέρας ἐπισχεῖν, κἂν οὕτω δοκεῖ, συσκευασαμένους ἀπελθεῖν. οὐδὲ γὰρ νῦν οἶδεν τῆς κόρης ἡ μήτηρ, τίνα κατέλαβεν, ὡς ὑμεῖς φατε, ὅ, τε καταμηνύσων οὐκ ἔσται, τῆς Κλειοῦς ἐκ μέσου γενομένης. τάχα δὲ καὶ τὴν κόρην συμφυγεῖν πείσετε. Ἔλεγεν δὲ καὶ αὐτὸς ὅτι κοινωνὸς ἔσται τῆς ἀποδημίας. Ταῦτα ἔδοξεν· καὶ τὴν μὲν Κλειὼ τῶν οἰκετῶν αὐτοῦ τινι παραδίδωσι, κελεύσας ἐμβαλέσθαι σκάφει· ἡμεῖς δὲ αὐτοῦ καταμείναντες, ἐφροντίζομεν περὶ τῶν ἐσομένων, καὶ τέλος ἔδοξεν ἀποπειρασθῆναι τῆς κόρης· καὶ ἢν μὲν θελήσῃ συμφυγεῖν, οὕτω πράττειν· εἰ δὲ μὴ, μένειν αὐτοῦ, παραδόντας ἑαυτοὺς τῇ τύχῃ. κοιμηθέντες οὖν ὀλίγον τῆς νυκτὸς ὅσον τὸ λοι-

XXVII. Tum Clinia manu prehensum me procul a Clione abducit, mihique: Optimum, inquit, consilium reperisse me videor, hanc scilicet ut hinc amoveamus, nos dies paucos exspectemus: deinde, si e re ita fuerit, una abscedamus. Quem enim deprenderit puellae mater, nondum, ut vos dicitis, cognovit: nec, qui indicet, submota Clione, quisquam reperietur. Ac forte fiet, ut virgo ad fugiendum pelliciatur. Seque ipse etiam fugae nostrae socium futurum pollicitus est. Huic sententiae assensum fuit, & Clio famulorum uni tradita, qui naviculae impositam aveheret: nos illic remansimus, quae agenda supererant, procurantes. Tandem puellam tentare placuit, eo consilio, ut, si nobiscum proficisci vellet, eam abduceremus: sin minus, illic nos quoque remaneremus, fortunae arbitrio nosmet permittentes. Quantum itaque no-

πον, περὶ τὴν ἕω πάλιν ἐπὶ τὴν οἰκίαν ἐπανήλθομεν.

κη'. Ἡ οὖν Πανθία ἀναστᾶσα, περὶ τὰς βασάνους τῆς Κλειοῦς ἠυτρεπίζετο, καὶ καλεῖν αὐτὴν ἐκέλευσε. ὡς δ' ἦν ἀφανὴς, πάλιν ἐπὶ τὴν θυγατέρα ἴεται, καί· Οὐκ ἐρεῖς, ἔφη, τὴν συσκευὴν τοῦ δράματος; ἰδοὺ καὶ ἡ Κλειὼ πέφευγεν. Ἡ δὲ ἔτι μᾶλλον ἐθάρσησε, καὶ λέγει· Τί πλέον εἶπω σοι; τίνα δὲ ἄλλην προσαγάγω πίστιν τῆς ἀληθείας μείζονα; εἰ παρθενίας ἐστί τις δοκιμασία, δοκίμασον. Ἔτι καὶ τοῦτο, ἔφη ἡ Πανθία, λείπεται, ἵνα καὶ μετὰ μαρτύρων δυστυχῶμεν. Ταῦθ' ἅμα λέγουσα, ἀνεπήδησεν ἔξω.

κθ'. Ἡ δὲ Λευκίππη καθ' αὑτὴν γενομένη, καὶ τῶν τῆς μητρὸς γεμισθεῖσα ῥημάτων, παντοδαπή τις ἦν [1], ἤχθετο, ἠσχύνετο, ὠργίζετο. ἤχθετο μὲν, πε-

ctis supererat, somno conceſſimus; ac ſummo mane domum revenimus.

XXVIII. Tum vero exſurgens Panthia Clionem, ut de ea quaeſtionem haberet, vocari iuſſit: quam cum nuſquam inveniri cognovit, rurſum ad filiam reverſa: Quid, inquit, cauſae eſt, quamobrem facti huius ſeriem mihi non explicas? ecce ipſa etiam Clio evanuit. Tum Leucippe audentior etiam facta: Quidnam, inquit, tibi amplius dicam? aut quam aliam veritatis fidem maiorem afferam? Si virginitatis periculum modo aliquo fieri poteſt, fiat. Scilicet id eriam reſtat, inquit Panthia, ut infortunii noſtri reſtes adſciſcam. Atque haec cum dixiſſet, ſtatim exivit.

XXIX. Leucippe ſola relicta, materniſque verbis ſatiata, varias in partes diſtrahebatur. Dolebat, quod deprehenſa fuiſſet: erubeſcebat, quod ſe mater probris affeciſ-

1 Παντοδαπή τις ἦν) Infra L. VII, c. 1: Παντοδαπὸς ἦν, ἤχθετο μὲν, ὡς ὑβρισμένος· ἤχθετο δ' ὡς ἀποτυχών· ἐβουλεύετο δὲ, ὡς το, ὠργίζετο, ἐβουλεύετο. ὠργίζετο ἐρῶν.

Φωραμένη· ἠσχύνετο δὲ, ὀνειδιζομένη· ὠργίζετο δὲ, ἀπιστουμένη. αἰδὼς δὲ, καὶ λύπη, καὶ ὀργὴ, τρία τῆς ψυχῆς κύματα. ἡ μὲν γὰρ αἰδὼς, διὰ τῶν ὀμμάτων εἰσρέουσα, τὴν τῶν ὀΦθαλμῶν ἐλευθερίαν καθαιρεῖ. ἡ δὲ λύπη περὶ τὰ στέρνα διανεμομένη κατατήκει τῆς ψυχῆς τὸ ζωπυροῦν. ἡ δὲ ὀργὴ περιϋλακτοῦσα τὴν καρδίαν ἐπικλύζει τὸν λογισμὸν τῷ τῆς μανίας ἀΦρῷ. λόγος δὲ τούτων ἁπάντων πατήρ. καὶ ἔοικεν ἐπὶ σκοπῷ τόξον βάλλειν, καὶ ἐπιτυγχάνειν, καὶ ἐπὶ τὴν ψυχὴν πέμπειν τὰ βλήματα, καὶ ποικίλα τοξεύματα. τὸ μέν ἐστι αὐτῷ λοιδορίας βέλος· καὶ γίνεται τὸ ἕλκος ὀργή. τὸ δέ ἐστιν ἔλεγχος ἀτυχημάτων· ἐκ τούτου τοῦ βέλους λύπη γίνεται. τὸ δὲ ὄνειδος ἁμαρτημάτων· καὶ καλοῦσιν αἰδῶ τὸ τραῦμα. ἴδιον δὲ τούτων ἁπάντων τῶν βελῶν, βαθέα μὲν τὰ βλήματα, ἄναιμα δὲ τὰ τοξεύματα. ἐν δὲ τούτων ἁπάντων Φάρμακον, ἀμύνασθαι τὸν βάλλοντα τοῖς αὐτοῖς βλήμασιν. λόγος γὰρ γλώσσης βέλος, ἄλλης γλώσσης βέλει θερα-

set: iraſcebatur, quod ſibi fides non haberetur. Porro autem pudor, moeror, ira, tres ſunt animi fluctus. Pudor enim, in oculos illabens, eis libertatem adimit: moeror in pectus diffuſus, animi ardorem exſtinguit: ira circum cor adlatrans, rationem inſaniae ſpuma obruit. Horum omnium procreator eſt ſermo: qui tanquam telum ad metam dirigens, atque collineans, variis animum vulneribus afficit. Nam cum tria ſint illius tela, nempe convicium, calamitatis invulgatio, & erratorum exprobratio; vulnera quoque tria eſſe oportet, iram ſcilicet, moerorem, pudorem. Hiſce omnibus telis peculiare eſt, ut profundas, at non cruentas, plagas imponant. Quarum medicina eſt, eadem in ferientem tela retorquere. Sermo enim, qui linguae telum eſt, ſermone, linguae ſcilicet alterius telo, retundi-

πεύεται. καὶ γὰρ τῆς καρδίας ἔπαυσε τὸ θυμούμενον, καὶ τῆς ψυχῆς ἐμάρανε τὸ λυπούμενον. ἂν δέ τις ἀναγκὴ τοῦ κρείττονος σιγήσῃ τὴν ἄμυναν, ἀλγεινότερα γίνεται τὰ ἕλκη τῇ σιωπῇ. αἱ γὰρ ὠδῖνες τῶν ἐκ τοῦ λόγου κυμάτων, οὐκ ἀποπτύσασαι τὸν ἀφρὸν, οἰδοῦσι περὶ αὑτὰς πεφυσημέναι. Τοσούτων οὖν ἡ Λευκίππη γεμισθεῖσα τῶν συμφορῶν, οὐκ ἔφερε τὴν προσβολήν.

λ'. Ἐν τούτῳ δὲ ἔτυχον πέμψας τὸν Σάτυρον πρὸς τὴν κόρην ἀποπειρασόμενον τῆς φυγῆς. ἡ δὲ, πρὶν ἀκοῦσαι, πρὸς τὸν Σάτυρον· Δέομαι, ἔφη, πρὸς θεῶν ξενίων καὶ ἐγχωρίων, ἐξαρπάσατέ με τῶν τῆς μητρὸς ὀφθαλμῶν, ὅποι βούλεσθε. εἰ δέ με ἀπελθόντες καταλείποιτε, βρόχον πλεξαμένη τὴν ψυχήν μου οὕτως ἀφήσω. Ἐγὼ δὲ ὡς ταῦτα ἤκουσα, τὸ πολὺ τῆς φροντίδος ἀπερριψάμην. δύο δὲ ἡμέρας διαλιπόντες, ὅτε καὶ ἀποδημῶν ἔτυχε ὁ πατὴρ, παρασκευαζόμεθα πρὸς τὴν φυγήν.

tur: eoque pacto animi concitata pars ſedatur, & moeroris vires franguntur. Quod ſi cui res cum potentiore ſit, ita ut nec contra loqui, nec referire audeat, tum vero profundiora tacendo vulnera fiunt. Nam ſermonis alicuius aeſtu concitati dolores, niſi ſpumam eiecerint, ſua ipſorum mole magis ingraveſcunt. His moleſtiis conflictata Leucippe, animum deſpondebat.

XXX. Interea Satyrum ad eam, an fugere vellet, ſciſcitatum miſi. Quae ſermonem illius antevertens: Per externos, inquit, atque indigenas Deos, quaeſo, e matris oculis ereptam, quo vultis, abducite: nam ſi me relicta diſceſſeritis, laqueo mihimet animam intercludam. Quae cum mihi relata fuerunt, magna ex parte animi mei moleſtiam abſterſerunt. Biduum itaque commorati, ſiquidem domo aberat pater, quae ad fugam opus erant, paravimus.

λα'. Εἶχε δὲ ὁ Σάτυρος τοῦ Φαρμάκου λείψανον, ᾧ τὸν Κώνωπα ἦν κατακοιμήσας. τούτου διακονούμενος ἡμῖν ἐγχεῖ λαβὼν κατὰ τῆς τελευταίας κύλικος, ἣν τῇ Πανθίᾳ προσέφερεν. ἡ δὲ ἀναστᾶσα, ὤχετο εἰς τὸν θάλαμον ἑαυτῆς, καὶ εὐθὺς ἐκάθευδε. εἶχε δὲ ἑτέραν ἡ Λευκίππη θαλαμηπόλον, ἣν τῷ αὐτῷ Φαρμάκῳ καταβαπτίσας ὁ Σάτυρος, προσεπεποίητο γὰρ καὶ αὐτῆς, ἐξ οὗ τῷ θαλάμῳ προσελήλυθε, ἐρᾶν, ἐπὶ τὴν τρίτην θύραν ἔρχεται ἐπὶ τὸν θυρωρὸν, κἀκεῖνον βεβλημένον [1] τῷ αὐτῷ πόματι. ὄχημα δὲ εὐπρεπὲς ἡμᾶς πρὸ τῶν πυλῶν ἐξεδέχετο, ὅπερ Κλεινίας παρεσκεύασεν, καὶ ἔφθανεν ἡμᾶς ἐπ' αὐτοῦ περιμένων. ἐπεὶ δὲ πάντες ἐκάθευδον, περὶ πρώτας νυκτὸς φυλακὰς πρόσιμεν ἀψοφητὶ, Λευκίππην τοῦ Σατύρου χειραγωγοῦντος, καὶ γὰρ ὁ Κώνωψ, ὅσπερ ἡμῖν

XXXI. Eius autem potionis, qua Conops consopitus fuerat, reliquum Satyrus cum asservasset, id, dum nobis ministrat, postremo in poculo Panthiae clam miscuit. Quamobrem illa mensa relicta suum se intra cubiculum contulit, statimque dormitare coepit. Erat virgini alia etiam cubicularia: cui cum potionis eiusdem Satyrus partem dedisset, illam enim, ex quo thalamo praefecta fuit, adamare finxerat, ad tertiam ianuam, quae superanda erat, ad ianitorem nempe venit, eumque medicamento eodem dormire compulit. Interea curru instructo Clinia pro foribus praestolabatur, ac iam nos antevertens conscenderat. Posteaquam sopiti omnes iacuerunt, circiter primam noctis vigiliam summo cum silentio discessimus, Satyro Leucippen manu ducente: forte enim eo die Co-

1 Βεβλημένον) Cod. Bavar. & ed. pr. βεβληκε, quod quidem orationis series postulat. Forte tamen integrum verbum, λείπει, vel simile quid, excidit.

ἐθήδρευε, κατὰ τύχην, ἐκείνην ἀπεδήμει τὴν ἡμέραν, τῇ δεσποίνῃ διακονησόμενος. ἀνοίγει δὴ τὰς θύρας ὁ Σάτυρος, καὶ προήλθομεν. ὡς δὲ πάριμεν ἐπὶ τὰς πύλας, ἐπέβημεν τοῦ ὀχήματος. ἦμεν δὲ οἱ πάντες ἓξ, ἡμεῖς, καὶ ὁ Κλεινίας, καὶ δύο θεράποντες αὐτοῦ. Ἐπελαύνομεν οὖν τὴν ἐπὶ Σιδῶνα, καὶ περὶ μοίρας τῆς νυκτὸς δύο πάριμεν ἐπὶ τὴν πόλιν, καὶ εὐθὺς ἐπὶ Βηρύτου τὸν δρόμον ἐποιούμεθα, νομίζοντες εὑρίσκειν ἐκεῖ ναῦν ἐφορμοῦσαν, καὶ οὐκ ἠτυχήσαμεν. ὡς γὰρ ἐπὶ τοῦ Βηρυτίων λιμένος ἤλθομεν, ἀναγόμενον σκάφος εὑρόμεν, ἄρτι τὰ πρυμνήσια μέλλον ἀπολύειν. μηδὲν οὖν ἐρωτήσαντες ποῦ πλεῖ, μετασκευαζόμεθα ἐπὶ τὴν θάλατταν ἐκ τῆς γῆς, καὶ ἦν ὁ καιρὸς μικρὸν ἄνω τῆς ἕω. ἔπλει δὲ τὸ πλοῖον εἰς Ἀλεξάνδρειαν, τὴν μεγάλην τοῦ Νείλου πόλιν.

λβ'. Ἔχαιρον δὲ τὸ πρῶτον, ὁρῶν τὴν θάλατταν, οὔπω πελαγίζοντος τοῦ σκάφους, ἀλλ' ἐπὶ τοῖς λι-

nops, qui nos obſervare conſueverat, herae cauſa domo abſceſſerat. Aperta igitur a Satyro ianua, exivimus: vehiculumque numero ſex, ego ſcilicet, Leucippe, Satyrus, Clinia, & famuli Cliniae duo, conſcendimus, ac Sidonem curſum direximus. Noctiſque parte altera exacta, eam ad urbem, mox Berytum, nulla interiecta mora, pervenimus, navem illic aliquam ſoluturam invenire credentes. Neque nos opinio fefellit. Nam ſimulac Berytiorum portum intravimus, navem iamiam ſoluturam comperimus, in eamque prius, quam, quo curſum teneret, ſciſcitaremur, noſtra omnia contulimus, & paulo ante lucem aſcendimus: ac tum demum Alexandriam, Aegypti urbem celeberrimam, petere illam cognovimus.

XXXII. Ibi vero ego primum omnium gaviſus ſum mare adſpiciens, nondum abrepta in altum, ſed in portu

μέσιν ἐποχουμένου. ὡς δὲ ἔδοξεν οὔριον εἶναι πρὸς ἀναγωγὴν τὸ πνεῦμα, θόρυβος ἦν πολὺς κατὰ τὸ σκάφος, τῶν ναυτῶν διαθεόντων, τοῦ κυβερνήτου κελεύοντος. ἑλκομένων τῶν κάλων [1] ἡ κεραία [2] περιήγετο, τὸ ἱστίον καθίετο, ἡ ναῦς ἀπεσαλεύετο, τὰς ἀγκύρας ἀνέσπων, ὁ λιμὴν κατελείπετο, γῆν γὰρ ἐωρῶμεν ἀπὸ τῆς νηὸς κατὰ μικρὸν ἀναχωροῦσαν, ὡς αὐτὴν πλέουσαν. παιανισμὸς ἦν καὶ πολλή τις εὐχή. θεοὺς σωτῆρας καλοῦντες, εὐφημοῦντες αἴσιον τὸν πλοῦν γενέσθαι. τὸ πνεῦμα ἤρετο σφοδρότερον, τὸ ἱστίον ἐκυρτοῦτο, καὶ εἶλκε τὴν ναῦν.

adhuc quiescente navi. Postea vero quam idoneus ad exeundum ventus flare visus est, ingens in navi discurrentium nautarum, attractorum rudentum, gubernatoris hortantis strepitus exortus: antenna obversa, velum factum, navis in altum abrepta, sublatae ancorae, portus relictus est, terra a navi, quasi ipsa navigaret, recedere paulatim videbatur. Ibi tum plausus excitatus, multaeque Deis servatoribus, quo prospera navigatione uti liceret, preces effusae sunt. Interea venti vis augebatur, velumque implebat, ac navim propellebat.

1 Ἑλκομένων τῶν κάλων) In aliis, ut & editione, τῶν καλωσίων. Et mox ἡ κεραία περιῆγεν, pro περιήγετο. *Obvertebatur antenna. Cornua velatarum obvertimus antennarum.* Τὰς κεραίας περιήγομεν. Sed omnes libri hic legunt, ἡ κεραία περιῆγεν. An περιήχει: *tractis rudentibus antenna stridebat?* Illud melius, quod reposuimus, nec aliter omnino scribendum. Infra Lib. III: καὶ ὁ κυβερνητης περιάγειν ἐκέλευσε τὴν κεραιαν.

2 Κεραια) Scholiastes Homeri Iliad. Σ. Κεραία καλεῖται τὸ ἐπάνω τοῦ ἱστοῦ δεδεμένον πλάγιον ξύλον, οὗ ἐξάπτεται ἡ ὀθόνη. Vocatur & κέρας infra L. V, ἐπὶ τὸ κέρας ἧξα. Aelianus de nat. anim. L. II, cap. 48 de corvis: καθισαντες ἐπὶ τὸ κέρας τῆς νεώς.

λγ'. Ἔτυχε δέ τις ἡμῖν νεανίσκος παρασκηνῶν [1], ὃς, ἐπεὶ καιρὸς ἦν ἀρίστου, φιλοφρονούμενος ἡμᾶς, συναριστᾶν ἠξίου. καὶ ἡμῖν δὲ ὁ Σάτυρος παρέφερεν. ὥστε εἰς μέσον καταθέμενοι ἃ εἴχομεν, τὸ ἄριστον ἐκοινωνοῦμεν, ἤδη δὲ καὶ λόγον. Λέγω δὴ πρῶτος· Πόθεν, ὦ νεανίσκε, καὶ τίνα σε δεῖ καλεῖν; Ἐγὼ Μενέλαος, εἶπεν· τὸ δὲ γένος Αἰγύπτιος. τὰ δὲ ὑμετέρα τίνα; Ἐγὼ Κλειτοφών, οὗτος Κλεινίας, Φοίνικες ἄμφω. Τίς οὖν ἡ πρόφασις ὑμῖν τῆς ἀποδημίας; Ἢν σὺ πρῶτος ἡμῖν φράσῃς, καὶ τὰ παρ' ἡμῶν ἀκούσῃ.

λδ'. Λέγει οὖν ὁ Μενέλαος· Τὸ μὲν κεφάλαιον τῆς ἐμῆς ἀποδημίας, ἔρως βάσκανος, καὶ θήρα δυστυχής. ἤρων δὲ μειρακίου καλοῦ. τὸ δὲ μειράκιον, Οι-

XXXIII. Forte autem ea ipsa in navi prope nos iuvenis quidam sedebat: qui, quoniam cibi capiendi tempus venerat, perhumane nos, ut una edere liceret, rogavit. Quamobrem cum Satyrus, quae nobis paraverat, iam promere coepisset, ea omnia in commune conferentes, prandio, colloquioque nos mutuo participavimus. Atque ego prior: Cuias tu, inquam, adolescens, es, quodve tibi nomen est? Tum ille: Aegyptius, inquit, sum, ac Menelao mihi nomen est. De vobis autem ecquid mihi respondetis? Cui ego: Clitophon, inquam, vocor, hic autem Clinia, Phoenices ambo. Quaenam vero causa vestrae profectionis? Si tu navigationis tuae causam nobis recensueris, nos nostrae contra tibi aperiemus.

XXXIV. Tum Menelaus: Meae, inquit, navigationis summa est, amor invidus, & venatio infelix. Formosi enim adolescentuli amore ardebam. Adolescentulus venationi de-

1 Παρασκηνῶν) Σκηνὴ erat locus in puppi, ubi gubernator ac praetor sedebant sub tabernaculo. Pollux: Σκηνὴ ὀνομάζεται τὸ πηγνύμενον στρατηγῷ ἢ τριηράρχῳ.

λόθηρον ἦν. ἐπεῖχον τὰ πολλὰ, κρατεῖν οὐκ ἠδυνάμην. ὡς δ' οὐκ ἔπειθον, εἰπόμην καὶγὼ ἐπὶ τὰς ἄγρας. ἐθηρῶμεν οὖν ἱππεύοντες ἄμφω, καὶ τὰ πρῶτα εὐτυχοῦμεν, τὰ λεπτὰ διώκοντες τῶν θηρίων. ἐξαίφνης δὲ σὺς τῆς ὕλης προπηδᾷ. καὶ τὸ μειράκιον ἐδίωκεν, καὶ ὁ σὺς ἐπιστρέφει τὴν γένυν, καὶ ἀντιπρόσωπος ἐχώρει δρόμῳ. καὶ τὸ μειράκιον οὐκ ἐξέτρεπτο. βοῶντος ἐμοῦ, καὶ κεκραγότος, ἔλκε τὸν ἵππον μετενέγκας τὰς ἡνίας, πονηρὸν τὸ θηρίον, ἀλλάξας δὲ ὁ σὺς σπουδῆς ἔτρεχεν ὡς ἐπ' αὐτὸν, καὶ οἱ μὲν συνέπιπτον ἀλλήλοις· ἐμὲ δὲ τρόμος, ὡς εἶδον, λαμβάνει, καὶ φοβούμενος μὴ φθάσῃ τὸ θηρίον, καὶ πατάξῃ τὸν ἵππον, ἐναγκυλησάμενος τὸ ἀκόντιον, πρὶν ἀκριβῶς καταστοχάσασθαι τοῦ σκοποῦ, πέμπω τὸ βέλος. τὸ δὲ μειράκιον παραθέον ἁρπάζει τὴν βολήν. τίνα οἴει με τότε ψυχὴν

ditus erat: a qua tametsi eum plerumque revocabam, abducere tamen omnino nequibam. Itaque cum non obtemperaret, venantem ipse quoque sequebar. Ac cum equestres ambo venatum semel exivissemus, quamdiu quidem infirmiores feras persecuti fuimus, res e sententia processit: sed cum tandem aper improviso e silva prodiisset, adolescens illum persequitur, aper se convertens cum fulmineis dentibus adversus stabat, ille vero loco non cessit, me etiam reclamante, atque, ut equum sustineret, habenasque adduceret, quoniam immanis bellua esset, admonente. Aper in adolescentem magna vi cursum direxit, amboque alter in alterum impetum fecerunt. Quod simulac vidi, equidem cohorrui, veritusque, ne bellua eum assequeretur, & equum ictu prosterneret, iaculum, quod gerebam, minime, quo intenderem, praevidens, conieci: factumque est, ut, dum praetercurrit adolescens, ipse vulnus exceperit. Quem vero mihi animum fuisse tum putas?

ἔχειν; εἰ καὶ ψυχὴν εἶχον ὅλως, ὡς ἂν ἄλλος τις ἀποθάνοι ζῶν. τὸ δὲ οἰκτρότερον, τὰς χεῖρας ὤρεγέ μοι, μικρὸν ἔτι ἐμπνέων, καὶ περιέβαλλεν, καὶ ἀποθνήσκων οὐκ ἐμίσει με τὸν πονηρὸν, ὁ ὑπ' ἐμοῦ πεφονευμένος, ἀλλὰ τὴν ψυχὴν ἀφῆκε, τῇ φονευσάσῃ μου περιπλεκόμενος δεξιᾷ. ἄγουσιν οὖν με ἐπὶ τὸ δικαστήριον οἱ τοῦ μειρακίου γονεῖς οὐκ ἄκοντα· καὶ γὰρ ἀπελθὼν ἀπελογούμην οὐδὲν, θανάτου δὲ ἐτιμώμην ἐμαυτόν. ἐλεήσαντες οὖν οἱ δικασταὶ προσετιμήσαντό μοι τριετῆ φυγήν· ἧς νῦν τέλος ἐχούσης, αὖθις ἐπὶ τὴν ἐμαυτοῦ καταίρω. Ἐπεδάκρυσεν ὁ Κλεινίας, αὐτοῦ λέγοντος ταῦτα· Πάτροκλον πρόφασιν [1] ἀναμνησθεὶς

si modo animi quidquam mihi omnino relictum fuit, tale utique fuit, quale in uno aliquo animam efflante esse consuevit. Quod autem omnium luctuosissimum fuit, manus mihi spirans adhuc porrigebat, amplexabaturque: tantumque abest, ut, a quo interfectus fuerat, me sontem odio haberet, ut dexteram etiam vulneris auctorem tenens animam efflaret. Hac me de causa in ius adolescentis parentes vocarunt, sane non invitum: sistens enim non solum excusatione aliqua usus non sum, sed etiam morte dignum ipse me censui. Verumtamen misericordia commoti iudices annos tres exsulare me iusserunt. Quod tempus cum effluxerit, nunc in patriam revertor. Haec dum Menelaus commemoraret, Clinia Chariclis recordatus, non potuit, quin quasi sub praetextu Patrocli lacrimaretur.

1 Πάτροκλον πρόφασιν) Notum illud proverbium ex illo Homerico: Πάτροκλον πρόφασιν. Cum captivae mulieres Troianae praeficarum more cogerentur lamentari Patrocli mortem, veras quidem lacrimas fundebant, sed non propter Patroclum. Nam suas miserias captivitatemque deflebant. Patroclus illi fletui praetextus erat. Vera causa sua sibi miseranda sors. Ideo flebant Πάτροκλον πρόφασιν. Ita & iste Clinias illacrimavit narrationi Menelai Πάτροκλον πρόφασιν, non ob Menelai casum & infortunium, sed ob suum illi simile ac paene germanum.

Χαρικλέους. Καὶ ὁ Μενέλαος· Τὰ μὰ δακρύεις; ἔφη· ἢ καί σέ τι τοιοῦτον ἐξήγαγεν; Στενάξας οὖν ὁ Κλεινίας, καταλέγει τὸν Χαρικλέα καὶ τὸν ἵππον, κἀγὼ τὰ ἐμαυτοῦ.

λε΄. Ὁρῶν οὖν ἐγὼ τὸν Μενέλαον κατηφῆ πάνυ τῶν ἑαυτοῦ μεμνημένον, τὸν δὲ Κλεινίαν ὑποδακρύοντα μνήμῃ Χαρικλέους, βουλόμενος αὐτοὺς τῆς λύπης ἀπαγαγεῖν, ἐμβάλλω λόγον ἐρωτικῆς ἐχόμενον ψυχαγωγίας. καὶ γὰρ οὐδὲ ἡ Λευκίππη παρῆν, ἀλλ' ἐν μυχῷ ἐκάθευδε τῆς νηός. λέγω δὴ πρὸς αὐτοὺς ὑπομειδιῶν· Ὡς παρὰ πολὺ κρατεῖ μου Κλεινίας; ἐβούλετο γὰρ λέγειν κατὰ γυναικῶν, ὥσπερ εἰώθει. ῥᾷον δ' ἂν εἴποι νῦν, ἤτοι ὡς κοινωνὸν ἔρωτος εὑρών. οὐκ οἶδα γὰρ, πῶς ἐπιχωριάζει νῦν ὁ εἰς τοὺς ἄῤῥενας ἔρως. Οὐ γὰρ πολὺ ἄμεινον, ὁ Μενέλαος ἔφη, τοῦτο ἐκείνου;

Quamobrem Menelaus: Meane, inquit, cauſa lacrimas iſtas profundis, an vero ſimilis te quoque caſus aliquis exſulare cogit? Tum Clinia non ſine multis ſuſpiriis Chariclis & equi eventum narravit. Poſt quem meum ipſe quoque penſum abſolvi.

XXXV. Dein vero cum Menelaum rerum ſuarum recordatione valde triſtem, Cliniam vero ob Chariclis memoriam etiam lacrimantem vidiſſem, moerorem amborum abſtergere cupiens, ſermonem amatoria voluptate perfuſum excitavi: aberat enim tum Leucippe, in occultiore navis parte ſomnum capiens: ac converſus ad eos, ſubridenſque, Quanto, inquam, me Clinias potentior: & id nunc etiam, (in mulieres enim, uti mos ſuus eſt, invehi peroptat) eo facilius faciet, quod amoris ſocium invenit. Quid autem in cauſa ſit, quamobrem tam multi puerorum amoribus delectentur, ipſe ſane non video. Tum Menelaus: An non hic, inquit, muliebri longe praeſtantior

καὶ γὰρ ἁπλούστεροι παῖδες γυναικῶν, καὶ τὸ κάλλος αὐτοῖς δριμύτερον εἰς ἡδονήν. Ποῖ δριμύτερον; ἔφην· ὅτι παρακύψαν μόνον οἴχεται, καὶ οὐκ ἀπολαῦσαι δίδωσι τῷ φιλοῦντι, ἀλλ' ἔοικε τῷ τοῦ Ταντάλου πόματι; πολλάκις γὰρ ἐν ᾧ πίνεται, πέφευγεν, καὶ ἀπῆλθεν ὁ ἐραστὴς οὐχ εὑρὼν πιεῖν. τὸ δὲ ἔτι πινόμενον, ἁρπάζεται πρὶν ὁ πίνων κορεσθῇ. καὶ οὐκ ἔστιν ἀπὸ παιδὸς ἀπελθεῖν ἐραστὴν ἄλυπον ἔχοντα τὴν ἡδονήν· καταλείπει γὰρ ἔτι διψῶντα.

λστ'. Καὶ ὁ Μενέλαος· Ἀγνοεῖς, ὦ Κλειτοφῶν, ἔφη, τὸ κεφάλαιον τῆς ἡδονῆς. ποθεινὸν γὰρ ἀεὶ τὸ ἀκόρεστον. τὸ μὲν γὰρ εἰς χρῆσιν χρονιώτερον, τῷ κόρῳ μαραίνει τὸ τερπνόν· τὸ δὲ ἁρπαζόμενον καινόν ἐστιν ἀεὶ, καὶ μᾶλλον ἀνθεῖ. οὐ γὰρ γεγηρακυῖαν ἔχει τὴν

est? Mulieribus enim simpliciores pueri sunt, eorumque forma ad movendos iucunditate sensus vehementior. At quo pacto, inquam ego, vehementior? An quia, simul atque apparuit, evanescit, nec amanti sui perfruendi potestatem facit, sed Tantali poculo similis videtur? Saepe enim etiam inter bibendum avolat, amansque nihil, quod hauriat, amplius inveniens, abire cogitur. Atque id etiam, quod iam haustum est, prius eripitur, quam qui bibit, exsaturetur. Quid, quod fieri nequit, a puero amans ut discedat, quin moerore delibutam voluptatem sentiat; utpote qui sitiens adhuc deseratur.

XXXVI. Tum Menelaus: At tu, inquit, nescis, o Clitophon, quid in voluptate summum sit. Illud quidem certe optandum est semper, quod nullam satietatem habet. Nam, quae ad fruendum nobis diuturniora sunt, ea delectationem, satietatis fastidio tollunt. Quae vero eripiuntur nonnunquam, recentia semper fiunt, & in dies efflorescunt: eorum enim voluptas nunquam senescit: sed

ἡδονὴν, καὶ τοῖς ἄλλοις ὅσον συνελαττοῦται τῷ χρόνῳ, τοσοῦτον εἰς μέγεθος ἐκτείνεται πόθῳ. καὶ τὸ ῥόδον διὰ τοῦτο τῶν ἄλλων εὐμορφότερόν ἐστι τῶν φυτῶν, ὅτι τὸ κάλλος αὐτοῦ φεύγει ταχύ. δύο γὰρ ἐγὼ νομίζω κατὰ ἀνθρώπους κάλλει πλανᾶσθαι, τὸ μὲν οὐράνιον, τὸ δὲ πάνδημον, ὥσπερ τοῦ κάλλους αἱ χορηγοὶ θεαί. ἀλλὰ τὸ μὲν οὐράνιον ἄχθεται θνητῷ κάλλει δεδεμένον, καὶ ζητεῖ πρὸς οὐρανὸν ταχὺ φεύγειν· τὸ δὲ πάνδημον, ἔρριπται κάτω, καὶ ἐγχρονίζει περὶ τοῖς σώμασιν. εἰ δὲ καὶ ποιητὴν δεῖ λαβεῖν μάρτυρα τῆς οὐρανίας τοῦ κάλλους ἀνόδου, ἄκουσον Ὁμήρου, λέγοντος·

Τὸν καὶ ἀνηρείψαντο θεοὶ Διΐ οἰνοχοεύειν
Κάλλεος εἵνεκα οἷο, ἵν' ἀθανάτοισι μετείη.

Οὐδεμία δὲ ἀνίετο ἥ ποτε εἰς οὐρανοὺς διὰ κάλλος γυνή. καὶ γὰρ γυναιξὶν κεκοινώνηκεν ὁ Ζεύς. ἀλλὰ

quantum iis temporis brevitate demitur, tantum desiderii magnitudine accedit: propterea plantis aliis rosa formosior iudicatur, quod pulchritudo eius brevi defloreſcit. Sane vero duas ego inter mortales pulchritudines vagari censeo, coeleſtem alteram, alteram vulgarem: quae quasi formae largitrices Deae sunt. Coeleſtis mortali formae adiungi moleſte fert, eoque ad coelum quamprimum evolare nititur. Vulgaris humi serpit, corporibusque adhaeret. Quod si pulchritudinis ad coelum volantis teſtem poëtam adhibere oporteat, Homeri verſus hoſce audi:

Incenſi forma quem Dii rapuere, Tonanti
Pocula ut ambroſio miſceret plena liquore,
Exigeretque ſuum Diis cum immortalibus aevum.

Nulla vero mulier pulchritudinis gratia in coelum unquam aſcendit, quamvis cum mulieribus conſuevérit Iuppiter:

Ἀλκμήνην μὲν ἔσχεν πένθος καὶ φυγή· Δαναὴν δὲ, λάρναξ καὶ θάλασσα· Σεμέλη δὲ πυρὸς γέγονε τροφή. ἂν δὲ μειρακίου Φρυγὸς ἐρασθῇ, τὸν οὐρανὸν αὐτῷ δίδωσιν, ἵνα καὶ συνοικῇ, καὶ οἰνοχόον ἔχῃ τοῦ νέκταρος· ἡ δὲ πρότερον διάκονος τῆς τιμῆς ἐξέωσται. ἦν γὰρ, οἶμαι, γυνή.

λζ'. Ὑπολαβὼν οὖν ἐγώ· Καὶ μὴν οὐράνιον, ἔφην, ἔοικε μᾶλλον εἶναι τὸ τῶν γυναικῶν κάλλος, ὅσον μὴ ταχὺ φθείρεται. ἐγγὺς γὰρ τοῦ θείου τὸ ἄφθαρτον. τὸ δὲ κινούμενον ἐν φθορᾷ θνητὴν τὴν φύσιν μιμούμενον, οὐκ οὐράνιόν ἐστιν, ἀλλὰ πάνδημον. ἡράσθη μειρακίου Φρυγὸς, ἀνήγαγεν εἰς οὐρανοὺς τὸν Φρύγα. τὸ δὲ κάλλος τῶν γυναικῶν αὐτὸν τὸν Δία κατήγαγεν ἐξ οὐρανοῦ· διὰ γυναῖκά ποτε Ζεὺς ἐμυκήσατο· διὰ γυναῖκά ποτε Σάτυρος ὠρχήσατο, καὶ

sed Alcmena in luctum incidit, ac fugere coacta est: Danaën arca & mare suscepit: Semelen ignis absumsit. Cum autem Phrygii adolescentis amore captus esset, in coelum eum sustulit, quo & una secum habitaret, & nectar misceret, priore administratore, mulierem enim fuisse puto, abdicato.

XXXVII. Tum ego, sermone arrepto: Coelestis magis, inquam, mulierum forma mihi esse videtur, ea potissimum ratione, quod earum forma non admodum cito interit. Prope enim ad divinitatem accedit, quod ab interitu longe abest. Contra, non coeleste, sed terrenum vocari debet, quidquid interitui proximum est, dum mortalem imitatur naturam. Phrygium quidem adolescentem dilexit Iuppiter, atque in coelum sustulit: sed idem etiam de coelo a muliebri forma detractus est; saneque mulieris causa in taurum quondam se commutavit. Eadem de re

χρυσὸν πεποίηκεν ἑαυτὸν ἄλλῃ γυναικί. οἰνοχοείτω μὲν Γανυμήδης, μετὰ δὲ τῶν θεῶν Ἥρα πινέτω, ἵνα ἔχῃ διάκονον μειράκιον γυνή. ἐλεῶ δὲ αὐτοῦ καὶ τὴν ἁρπαγήν. καὶ ὄρνις ἐπ᾽ αὐτὸν κατέβη ὠμηστής, ὁ δὲ ἀναρπαστὸς γενόμενος ὑβρίζεται, καὶ ἔοικεν τυραννουμένῳ· καὶ τὸ θέαμά ἐστιν αἴσχιστον, μειράκιον ἐξ ὀνύχων κρεμάμενον. Σεμέλην δὲ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνήγαγεν, οὐκ ὄρνις ὠμηστής, ἀλλὰ πῦρ. καὶ μὴ θαυμάσῃς εἰ διὰ πυρός τις ἀναβαίνει εἰς οὐρανόν. οὕτως ἀνέβη Ἡρακλῆς. εἰ δὲ Δανάης τὴν λάρνακα γελᾷς, πῶς τὸν Περσέα σιωπᾷς; Ἀλκμήνῃ δὲ τοῦτο μόνον δῶρον ἀρκεῖ, ὅτι δι᾽ αὐτὴν ἔκλεψεν ὁ Ζεὺς τρεῖς ὅλους ἡλίους. Εἰ δὲ δεῖ μεθέντα τὰς μυθολογίας, αὐτὴν εἰπεῖν τὴν ἐν τοῖς ἔργοις ἡδονήν· ἐγὼ μὲν πρωτόπειρος ὢν εἰς γυναῖκας, ὅσον ὁμιλῆσαι ταῖς εἰς Ἀφροδίτην

Satyri formam induit, atque in aurum ſe convertit. Miſceat ſane Diis vinum Ganymedes, dum cum iis Iuno quoque accumbat, quo etiam mulier adoleſcentem habeat adminiſtratorem. Me vero raptus quoque illius miſeret: crudivora enim avis eum rapuit: contumeliaque affecit non admodum ab ea diverſa, quam tyrannide oppreſſi perpetiuntur: cum alioqui adſpectu etiam foedum ſit adoleſcentem ex unguibus pendentem ſpectare. Semelen non crudivora volucris, ſed flamma, in coelum ſuſtulit. Nec vero mirum tibi videatur, aliquos ab igne ſublatos in coelum aſcendiſſe: neque enim Hercules alio pacto aſcendit. Quod ſi Danaës arcam rides, cur Perſei mentionem non facis? Alcmenae illud unum munus ſatis fuit, Iovem tres integros eius cauſa dies mundo eripuiſſe. Ac fabulis omiſſis, verae voluptatis, quae muliebri ex uſu percipitur, mentionem facere opus eſt. Ego mulieres primum modo expertus, quantum quidem cum iis, quae pretio proſtant,

πωλουμέναις, ἄλλος γὰρ ἂν ἴσως εἰπεῖν τι καὶ πλέον ἔχοι μεμυημένος· εἰρήσεται δέ μοι, κἂν μετρίως ἔχω πείρας. γυναιξὶ μὲν οὖν ὑγρὸν μὲν τὸ σῶμα ἐν ταῖς συμπλοκαῖς· μαλθακὰ δὲ τὰ χείλη πρὸς τὰ φιλήματα. καὶ διὰ τοῦτο μὲν ἔχει τὸ σῶμα ἐν τοῖς ἀγκαλίσμασιν, ἐν δὲ ταῖς σαρξὶν ὅλον ἐνηρμοσμένον. ὁ δὲ συγγινόμενος προσβάλλει τὴν ἡδονὴν, ἐγγίζει δὲ τοῖς χείλεσιν ὥσπερ σφραγῖδας τὰ φιλήματα. φιλεῖ δὲ τέχνῃ, καὶ σκευάζει τὰ φιλήματα γλυκύτερον. οὐ γὰρ μόνον ἐθέλει φιλεῖν τοῖς χείλεσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὀδοῦσι συμβάλλεται, καὶ περὶ τὸ τοῦ φιλοῦντος στόμα βόσκεται, καὶ δάκνει τὰ φιλήματα. ἔχει δέ τινα καὶ μασθὸς ἁπτόμενος ἰδίαν ἡδονήν. ἐν δὲ τῇ τῆς Ἀφροδίτης ἀκμῇ, οἰστρεῖ μὲν ὑφ' ἡδονῆς· περικέχυνε δὲ φιλοῦσα καὶ μαίνεται. αἱ δὲ γλῶτται τοῦτον τὸν χρόνον φοιτῶσιν ἀλλήλαις εἰς ὁμιλίαν, καὶ ὡς δύναν-

licuit, forte enim experientior aliquis plura dicere queat, ego, inquam, tametsi huius rei modicus mihi usus adsit, dicam tamen, corpus amplexatu tenerum, labra basiatu mollia esse. Atque hac de causa mulier cum ulnas, tum carnem, ad id omnino apte conformata fortita est. Sane qui ad mulierem sese applicat, is vere voluptatem amplectitur, labrisque oscula, tanquam qui signa in epistolis apponit, imprimit. Illa vero artificiose osculatur, maioreque condita suavitate basia praebet: non solum enim labris suaviari sat habet, sed etiam dentibus confligit, & circum basiantis ora depascitur, ac basia ipsa mandit. Iam vero etiam in mammarum attrectatu non aspernanda quaedam inest iucunditas. In ipso autem venerei complexus calore, voluptate, quasi oestro, concitata, & basians mordet, & insanit: tum linguae mutuo concurrunt, ac se ipsas,

ται βιάζονται κἀκεῖναι φιλεῖν. σὺ δὲ μείζονα ποιεῖς τὴν ἡδονὴν, ἀνοίγων τὰ φιλήματα. πρὸς δὲ τὸ τέρμα αὐτῆς τῆς Ἀφροδίτης ἡ γυνὴ γενομένη πέφυκεν ἀσθμαίνειν ὑπὸ καυματώδους ἡδονῆς. τὸ δὲ ἆσθμα σὺν πνεύματι ἐρωτικῷ μέχρι τῶν τοῦ στόματος χειλέων ἀναθοροῦν, συντυγχάνει πλανωμένῳ τῷ φιλήματι, καὶ ζητοῦντι καταβῆναι κάτω. ἀναστρέφει δὲ σὺν ἄσθματι καὶ τὸ φίλημα, καὶ μιχθὲν ἔπεται, καὶ βάλλει τὴν καρδίαν. ἡ δὲ ταραχθεῖσα τῷ φιλήματι, πάλλεται. εἰ δὲ μὴ τοῖς σπλάγχνοις ἦν δεδεμένη, ἠκολούθησεν ἂν ἑλκυσθεῖσα τοῖς φιλήμασιν. Παίδων δὲ φιλήματα μὲν ἀπαίδευτα, περιπλοκαὶ δὲ ἀμαθεῖς, Ἀφροδίτη δὲ ἀργὴ, ἡδονῆς δὲ οὐδέν.

λη'. Καὶ ὁ Μενέλαος· Ἀλλὰ σύ μοι δοκεῖς, ἔφη, μὴ πρωτόπειρος, ἀλλὰ γέρων εἰς Ἀφροδίτην τυγχάνειν· τοσαύτας ἡμῖν κατέχεας γυναικῶν περιεργίας.

quoad eius fieri poteſt, oſculari nituntur. Tu vero baſia in apertum proferens voluptatem reddis maiorem. Sub ipſum congreſſus finem dulcedinis ardore quodam victa mulier anhelare conſuevit, anhelitus autem huiuſmodi amatorio ſpiritu comitatus ad ſumma labra pervenit, errantique oſculo, & ad imas pectoris partes deſcendere quaerenti obviam fit. Tunc baſium ipſo cum anhelitu regreditur, amboque in unum coëuntes cor pulſant, quod baſio conturbatum ſalit: ac, niſi viſceribus nexum haereret, ſequeretur utique, & cum baſiis aſcenderet. Puerorum oſcula rudia ſunt, complexus indocti, venus languida, omnique prorſus iucunditate deſtituta.

XXXVIII. Tum Menelaus: Tu quidem certe, inquit, non Venerem nunc primum attigiſſe, verum in ea conſenuiſſe mihi videris: ita multas nobis mulierum curioſitates enu-

ἐν μέρει δὲ καὶ τὰ τῶν παίδων ἀντάκουσον. γυναιξὶ μὲν γὰρ πάντα ἐπίπλαστα, καὶ τὰ ῥήματα καὶ τὰ σχήματα, κἂν εἶναι δόξῃ καλὴ, τῶν ἀλειμμάτων ἡ πολυπράγμων μηχανή. καὶ ἔστιν αὐτῆς τὸ κάλλος ἢ μύρων, ἢ τριχῶν βαφῆς, ἢ καὶ φιλημάτων. ἂν δὲ τῶν πολλῶν τούτων γυμνώσῃς δόλων, ἔοικε κολοιῷ γεγυμνωμένῳ τῶν τοῦ μύθου πτερῶν. τὸ δὲ κάλλος τὸ παιδικὸν οὐκ ἀρδεύεται μύρων ὀσφραῖς, οὐδὲ δολεραῖς καὶ ἀλλοτρίαις ὀσμαῖς. πάσης δὲ γυναικῶν μυραλοιφίας ἥδιον ὄδωδεν ὁ τῶν παίδων ἱδρώς. ἔξεστι δὲ αὐτῷ καὶ πρὸ τῆς ἐν Ἀφροδίτῃ συμπλοκῆς, καὶ ἐν παλαίστρᾳ συμπεσεῖν, καὶ φανερῶς περιχυθῆναι· καὶ οὐκ ἔχουσιν αἰσχύνην αἱ περιπλοκαὶ, καὶ οὐ μαλθάσσει τὰς ἐν Ἀφροδίτῃ περιπλοκὰς ὑγρότητι σαρκῶν, ἀλλ' ἀντιτυπεῖ προσάλληλα τὰ σώματα, καὶ περὶ τῆς ἡδονῆς ἀθλεῖ. τὰ δὲ φιλήματα σοφίαν μὲν

merafti. Sed viciſſim tu quoque audi, quaenam e puerorum amoribus voluptas percipiatur. In muliere cum verba tum reliqua omnia fucis plena ſunt: ac ſi qua formoſa videatur, ea eſt operoſa pigmentorum moles: cuius forma omnis alia nulla ex re, quam aut unguentis, aut tinctis capillis, aut baſiationibus conſtat. E quibus fucum ſi detraxeris, nae graculo pennis, ut habetur in fabulis, denudato ſimilem iudicabis. Puerorum autem forma non pigmentorum fucis illinitur, non adulterinis aut externis perfricatur odoribus. Omnibus autem mulierum omnium unguentis e puerorum ſudore afflatus odor antecellit. Iam vero etiam ante venereos congreſſus palaeſtra cum iis decertare, palamque, ac ſine rubore amplecti licet: neque ulla eſt carnis teneritas, quae complexuum tactioni cedat; ſed corpora ſibi mutuo reſiſtunt, ac voluptate contendunt. Baſia quoque muliebrem illam diligentiam minime ſapiunt,

οὐκ ἔχει γυναικείαν, οὐδὲ μαγγανεύει τοῖς χείλεσιν εἶναι μωρὰν ἀπάτην. ὡς δὲ οἶδε, φιλεῖ, καὶ οὐκέτι τέχνης, ἀλλὰ τῆς φύσεως τὰ φιλήματα. αὐτὴ δὲ παιδὸς φιλήματος εἰκὼν, εἰ καὶ νέκταρ ἐπήγνυτο, καὶ χεῖλος ἐγίνετο, τοιαῦτα ἂν ἔσχε τὰ φιλήματα. φιλῶν δὲ οὐκ ἂν ἔχοις κόρον, ἀλλ' ὅσον ἐμφορῇ, διψεῖς ἔτι φιλεῖν, καὶ οὐκ ἂν ἀποσπάσειας τὸ στόμα, μέχρις ἂν ὑφ' ἡδονῆς ἐκφύγοις τὰ φιλήματα.

nec ſtulto errore labris illito decipiunt. Puer, quemadmodum quidem novit, ſuavia dat, iam non ab arte aliqua, ſed a natura ipſa proficiſcentia. Saneque baſii puerilis imago eiuſmodi eſt, ut ſi quis concretum atque in labra commutatum nectar oſcularetur. Ex quo fieri modo ullo nequit, ut aliqua baſiandi tibi ſatietas oriatur: quin immo quo plus haurias, hoc vehementiore ſiti labores, neque os inde abſtrahere poſſis, donec prae voluptate baſia ipſe refugias.

ΛΟΓΟΣ ΤΡΙΤΟΣ.

ΤΡΙΤΗΝ δὲ ἡμέραν πλεόντων ἡμῶν, ἐξ αἰθρίας πολλῆς αἰφνίδιον ἀχλὺς περιχεῖται, καὶ τῆς ἡμέρας ἀπολώλει τὸ φῶς· ἐγείρεται δὲ κάτωθεν ἄνεμος ἐκ τῆς θαλάσσης, κατὰ πρόσωπον τῆς νηὸς, καὶ ὁ κυβερνήτης περιαγειν ἐκέλευσε τὴν κεραίαν. καὶ σπουδῇ περιῆγον οἱ ναῦται· πῇ μὲν τὴν ὀθόνην ἐπὶ θάτερα συνάγοντες ἄνω τοῦ κέρως βίᾳ· τὸ γὰρ πνεῦμα σφοδρότερον ἐμπεσὸν ἀνθέλκειν οὐκ ἐπέτρεπε· πῇ δὲ πρὸς θάτερον μέρος φυλάττοντες τοῦ πρόσθεν μέτρου. καθ' ὃ συνέβαινεν οὔριον εἶναι τῇ περιαγωγῇ. τὸ πνεῦμα, κλίνεται· δὴ κοῖλον τοιχίσαν τὸ σκάφος, καὶ ἐπὶ θάτερα μετεωρίζεται, καὶ πάντη πρηνὲς ἦν. καὶ ἐδόκει τοῖς πολλοῖς ἡμῶν ἀεὶ περιτραπήσεσθαι καθάπαξ ἐμπίπτοντος τοῦ πνεύματος. μετασκευαζόμενα οὖν ἅπαν-

LIBER TERTIUS.

TERTIO die cum ſereniſſimo coelo navis curſum teneret, obortae improviſo tenebrae omnia obſcura viderunt, ventuſque ab imo mari navi adverſus exortus eſt. Quamobrem gubernator antennam obverti iuſſit. Itaque nautae confeſtim fecerunt, collecto per vim ab altera tantum parte velo. Nam cum vehementius flaret ventus, impedimentoque eſſet, quo minus ab altera contrahi poſſet, illud eo ſtatu, quo prius fuerat, relinquere coacti ſunt. Ex quo accidit, ut maior ea obverſione ventus ingrueret. Iam navis pars altera deprimebatur, altera elevabatur, ita ut praeceps omnino ageretur, & noſtrûm plerique ſubinde everſum iri navigium putabamus, vento cum impetu irrumpente. Itaque ad altiorem omnes navis partem aſcen-

τες εἰς τὰ μετέωρα τῆς νηὸς, ὅπως τὸ μὲν βαπτιζόμενον τῆς νηὸς ἀνακουφίσαιμεν, τὸ δὲ τῇ προσθήκῃ βιασάμενοι κατὰ μικρὸν, καθέλοιμεν εἰς τὸ ἀντίρροπον. πλέον δὲ ἠνύομεν οὐδέν. ἀνέφερε γὰρ ἡμᾶς μᾶλλον κορυφούμενον τὸ ἔδαφος τῆς νηὸς, ἢ πρὸς ἡμῶν κατεβιβάζετο. καὶ χρόνον μέν τινα διαταλαντουμένην οὕτω τὴν ναῦν τοῖς κύμασιν ἐπαλαίομεν εἰς τὸ ἀντίρροπον καθελεῖν· αἰφνίδιον δὲ μεταλλάττεται τὸ πνεῦμα ἐπὶ θάτερα τῆς νηὸς, καὶ μικροῦ βαπτίζεται τὸ σκάφος· τοῦ μὲν τέως εἰς κῦμα κλιθέντος, ἀναβορόντος ὀξείᾳ ῥοπῇ· θατέρου δὲ ἠωρεῖτο [1] καταῤῥαγέντος εἰς τὴν θάλατταν. κωκυτὸς οὖν αἴρεται μέγας ἐκ τῆς νηὸς, καὶ μετοικία πάλιν, καὶ δρόμος μετὰ βοῆς ἐπὶ τὰς ἀρχαίας ἕδρας· καὶ τρίτον καὶ τέταρτον καὶ πολλάκις τὸ αὐτὸ πάσχοντες κοινὴν ταύτην εἴχομεν τῷ σκάφει τὴν πλάνην. πρὶν μὲν γὰρ μετασκευάσασθαι

dimus, ſimul ut demerſam aliam allevaremus, ſimul ut aequaliter diſtributo onere toto aequalis ferretur. Sed hoc fruſtra fuit. Tantum enim abfuit, ut navis a nobis fundus deprimeretur, ut ab eo ipſi magis etiam attolleremur. Nos quidem fluctuantem navim aequilibrem aliquamdiu tenere conati fuimus: verum in alteram eius partem mutatus improviſo ventus incubuit: parumque abfuit, quin eam demergeret; depreſſam ſcilicet antea partem magno impetu ſuſtollendo, & ſublatam deprimendo. Quocirca ingens in navi luctus obortus eſt, omneſque priorem ad locum, non ſine curſu & clamore redire cogebamur. Ac deinceps tertio, & quarto, ac ſaepius etiam eundem caſum experti, eodem cum navi errore ducebamur. Prius

1 Θατέρου δὲ ἠωρεῖτο) Locus mutilus. Senſus poſtulat, ut legatur: Θατέρου δὲ, ὡς ἐκεῖνο ἠωρεῖτο, καταῤῥαγ. εἰς τ. Θ.

τὸ πρῶτον, δίαυλος ἡμᾶς διαλαμβάνει δεύτερος.

β'. Σκευοφοροῦντες οὖν κατὰ τὴν ναῦν διὰ πάσης ἡμέρας, δολιχόν τινα τοῦτον δρόμον μύριον ἐπονοῦμεν, ἀεὶ τὸν θάνατον προσδοκῶντες. καὶ ἦν, ὡς εἰκὸς, οὐ μακράν. περὶ γὰρ μεσημβρίας δείλην ὁ μὲν ἥλιος τέλεον ἁρπάζεται, ἑωρῶμεν δὲ ἑαυτοὺς ὡς ἐν σελήνῃ. πῦρ μὲν ἀπ' αὐτῆς ἵπταται, μυκᾶται δὲ βροντὴν οὐρανὸς, καὶ τὸν ἀέρα γεμίζει βόμβος, ἀντεβόμβει δὲ κάτωθεν τῶν κυμάτων ἡ στάσις [1], μεταξὺ δὲ οὐρανοῦ καὶ θαλάσσης ἀνέμων ποικίλων ἐσύριζε ψόφος. καὶ ὁ μὲν ἀὴρ εἶχεν σάλπιγγος ἦχον, οἱ δὲ κάλοι περὶ τὴν ὀθόνην πίπτοντες, ἀντιπαταγοῦντες ἐτετρίγεσαν. ἐφόβει δὲ τὰ ξύλα τῆς νηὸς ῥηγνύμενα, μὴ κατὰ μικρὸν ἀνοιχθείη τὸ σκάφος τῶν γόμφων ἀποσπωμένων. γέρρα δὲ περὶ πᾶσαν τὴν ναῦν ἐκεκάλυπτο. καὶ γὰρ

enim quam primum curſum confeciſſemus, nos ſecundus excipiebat.

II. Comportantes igitur totum diem ſarcinas, idem curriculum millies, quaſi duplex uno curſu ſtadium curreremus, confecimus, mortem ſemper exſpectantes: quae ſane, uti credi par eſt, non longe aberat. Nam poſt meridiem ſol nobis omnino ereptus fuit: neque alter alterum cernebamus, niſi ut ſit luna lucente. Flamma inter nubes coruſcabat, coelum tonitru mugiebat, aër ſtrepitu implebatur. Surgentes ab imo, ac mutuo ſeſe collidentes fluctus adſtrepebant, inter coelum & mare diverſorum ventorum murmura reſonabant, aërque tubae inſtar clangorem fundebat: attriti ac diſrupti a velo funes decidebant. Illud etiam timebatur, ne, comminutis tabulis & convulſis clavis, navis ſolveretur. Iam vero tecta eius omnia undis, quae innumerae influebant, operiebantur: quam-

1 Τῶν κυμάτων ἡ στάσις) Βοεδεν em. βράσις· temere. Τῶν κυμάτων ἡ στάσις, ſunt fluctus ereſti, alti, nihil amplius.

ὄμβρος ἐπέκλυζε πολὺς, ἡμεῖς δὲ τὰ γέρρα ὑποδύντες, ὥσπερ εἰς ἄντρον ἐμένομεν, παραδόντες ἑαυτοὺς τῇ τύχῃ, ῥίψαντες τὰς ἐλπίδας. τρικυμίαι δὲ πολλαὶ πάντοθεν, αἱ μὲν κατὰ πρόσωπον, αἱ δὲ κατ' οὐρὰν τῆς νηὸς ἀλλήλαις ἀντέπιπτον. ἡ δὲ ναῦς ἀεὶ πρὸς μὲν τὸ κυρτούμενον τῆς θαλάσσης ἠγείρετο, πρὸς δὲ τὸ παράδρομον ἤδη καὶ χθαμαλὸν τοῦ κύματος κατεδύετο. ἐῴκει δὲ τῶν κυμάτων, τὰ μὲν ὄρεσιν, τὰ δὲ χάσμασιν. ἦν δὲ καὶ τὰ ἐγκάρσια τῶν κυμάτων ἑκατέρωθεν φοβερώτερα. ἀναβαίνουσα μὲν γὰρ ἐπὶ τὴν ναῦν ἡ θάλασσα, διὰ τῶν γέρρων ἐκυλίετο καὶ ἐκάλυπτε πᾶν τὸ σκάφος. τὸ γὰρ κῦμα αἰρόμενον ὑψοῦ, ψαῦον αὐτῶν τῶν νεφῶν, πόρρωθεν μὲν πρὸς ἀντιπρόσωπον ἐφαίνετο τῷ σκάφει μέγεθος οἷον· προσιὼν δὲ βλέπων, καταποθήσεσθαι [1] τὴν ναῦν προσεδόκησας. ἦν οὖν ἀνέ-

obrem ea ipsa subeuntes, tanquam in spelunca aliqua, morabamur, fortunae arbitrio, nulla salutis retenta spe, nosmet dedentes. Crebri autem & maximi cum a prora, tum a puppi, surgentes fluctus inter se concurrebant. Assurgente fluctu, navis attollebatur, praeterlabente vero & subsidente, deprimebatur. E fluctibus alii montibus, alii voraginibus, similes erant: sed ii molestiores, qui ab utraque sponda obliqui surgebant. Navis enim tecta subiens aqua convolvebatur, totamque obruebat. Porro aqua in sublime acta, nubesque paene contingens, dum quidem ante proram procul cernebatur, mirae cuiusdam magnitudinis esse videbatur: at si ut propius factam spectavisses, navim absorpturam fuisse iudicasses. Venti cum fluctibus

1 Καταποθήσεσθαι) Utraque editio mendose. Commeliniana: καταποτήσεται. Salmasiana: καταπωτήσεσθαι, ubi forte in animo editoris erat καταποντίσεσθαι. Vera lectio, ut edidi, a καταπίνειν, *deglutire*.

μων μάχη καὶ κυμάτων· ἡμεῖς δὲ οὐκ ἐδυνάμεθα κατὰ χώραν μένειν ὑπὸ τοῦ τῆς νηὸς σεισμοῦ· συμμιγὴς δὲ πάντων ἐγίνετο βοή· ἐρρόχθει τὸ κῦμα, ἐπάφλαζε τὸ πνεῦμα, ὀλολυγμὸς γυναικῶν, ἀλαλαγμὸς ἀνδρῶν, κελευσμὸς ναυτῶν, πάντα θρήνων καὶ κωκυτῶν ἀνάμεστα. καὶ ὁ κυβερνήτης ἐκέλευε ῥίπτειν τὸν φόρτον. διάκρισις δὲ οὐκ ἦν ἀργύρου καὶ χρυσοῦ πρὸς ἄλλο τι τῶν εὐτελῶν, ἀλλὰ πάντα ὁμοίως ἠκοντίζομεν ἔξω τῆς νηός. πολλοὶ δὲ καὶ τῶν ἐμπόρων, αὐτοὶ τῶν οἰκείων λαμβάνοντες ἐν οἷς εἶχον τὰς ἐλπίδας, ὤθουν ἐπειγόμενοι. καὶ ἦν ἤδη ἡ ναῦς τῶν ἐπίπλων γυμνή· ὁ δὲ χειμὼν οὐκ ἐσπένδετο.

γ'. Τέλος ὁ κυβερνήτης ἀπειπὼν, ῥίπτει μὲν τὰ πηδάλια ἐκ τῶν χειρῶν· ἀφίησι δὲ τὸ σκάφος τῇ θαλάσσῃ, καὶ εὐτρεπίζει ἤδη τὴν ἐφολκίδα, καὶ τοῖς ναύταις ἐμβαίνειν κελεύσας, τῆς ἀποβάθρας ἦρχεν. οἱ δὲ εὐθὺς κατὰ πόδας ἐξήλλοντο. ἔνθα δὴ καὶ τὰ δεινὰ

pugnabant. Nos ob navis iactationem nullibi consistere quibamus. Confusae erant omnium voces: murmurabat unda, perstrepebat ventus, mulierum eiulatus, virorum clamor, nautarum hortatio, eodem tempore audiebantur: luctuque ac gemitu plena erant omnia. Tum gubernator deiici onera iussit. Nec ullum inter aurum, argentumve, ac vilia quaeque discrimen fiebat: sed omnia aeque in mare deturbabantur, iis ipsis etiam mercatoribus merces omnes suas, in quibus spem posuerant, deiicientibus. Iam navis penitus exhausta erat: nec tamen tempestas commutabatur.

III. Tandem fessus gubernator, temone abiecto, maris arbitrio navem permisit, scaphamque instruxit, ac nautis descendere iussis, prior ipse, deinde illi vestigia eius statim secuti desilierunt. Ibi tum maius ortum est malum,

ἦν, καὶ ἦν μάχη χειροποίητος. οἱ μὲν γὰρ ἐπιβάντες ἤδη τὸν κάλων ἔκοπτον, ὃς συνέδει τὴν ἐφολκίδα τῷ σκάφει· τῶν δὲ πλωτήρων ἕκαστος ἔσπευδεν μεταπηδᾶν, ἔνθα καὶ τὸν κυβερνήτην ἐωράκεσαν ἐφέλκοντα τὸν κάλων. οἱ δὲ ἐκ τῆς ἐφολκίδος μεταβαίνειν οὐκ ἐπέτρεπον. εἶχον δὲ καὶ πελέκεις, καὶ μαχαίρας, καὶ πατάξειν ἠπείλουν, εἴ τις ἐπιβήσεται· καὶ πολλοὶ δὲ ἐκ τῆς νηὸς ὁπλισάμενοι τὸ δυνατὸν, ὁ μὲν κώπης παλαιᾶς τρύφος ἀράμενος, ὁ δὲ τῶν τῆς νεὼς σελμάτων, ἠμύνετο. θάλασσα γὰρ εἶχε νόμον τὴν βίαν. καὶ ἦν ναυμαχίας καινὸς τρόπος. οἱ μὲν γὰρ ἐκ τῆς ἐφολκίδος δέει τοῦ καταδῦναι τῷ τῶν ἐπεμβαινόντων ὄχλῳ, πελέκεσι καὶ μαχαίραις τοὺς ἐξαλλομένους ἔπαιον· οἱ δὲ σκυτάλαις καὶ κώπαις, ἅμα τῷ πηδήματι τὰς πληγὰς κατεφέροντο· οἱ δὲ καὶ ἄκρου ψαύοντες τοῦ σκάφους, ἐξωλίσθαινον· ἔνιοι δὲ καὶ ἐπιβαίνοντες τοῖς ἐπὶ τῆς ἐφολκίδος ἤδη διεπάλαιον· φιλίας γὰρ ἡ αἰ-

manibusque pugnari coeptum. Nautae enim iam funem, quo scapha navi alligabatur, praecidebant: vectores autem, gubernatorem funem trahentem cernentes, omnem, ut & ipsi desilirent, operam dabant. Illi contra minime pati, sed, cum secures gladiosque haberent, intentatis plagis quemcunque ingredi volentem perterrere. Hi, ut cuique fors obtulerat, alius vetusti remi partem, alius navis tabulam aliquam arripientes, repugnare. Pro lege enim vi mare utebatur, navalisque pugnae modus non antea visus illic apparuit. Nam, qui in scapha erant, veriti, ne ob descendentium multitudinem mergerentur, securibus & gladiis feriebant: ii autem fudibus ac remis inter desiliendum plagas referebant. Alii vix scaphae summum attingentes corruebant. Nonnulli etiam ingressi, cum iis, qui prius descenderant, luctabantur: pudoris enim at-

δοῦς οὐκ ἔτι θεσμὸς ἦν, ἀλλὰ τὸ οἰκεῖον ἕκαστος σκοπῶν ἀσφαλὲς, τὸ πρὸς τοὺς ἑτέρους εὔγνωμον οὐκ ἐλογίζετο. οὕτως οἱ μεγάλοι κίνδυνοι καὶ τοὺς τῆς φιλίας λύουσι νόμους.

δ'. Ἔνθα δή τις ἀπὸ τῆς νεὼς νεανίσκος εὔρωστος λαμβάνεται τοῦ κάλω, καὶ ἑλκύσαι τὴν ἐφολκίδα, καὶ ἦν ἐγγὺς ἤδη τοῦ σκάφους· ἠυτρεπίζετο δὲ ἕκαστος, ὡς, εἰ πελάσειεν, πηδήσων εἰς αὐτήν. καὶ δύο μὲν ἢ τρεῖς ἠυτύχησαν οὐκ ἀναιμωτί· πολλοὶ δὲ ἀποπηδᾶν πειρώμενοι, ἐξεκυλίσθησαν τῆς νεὼς κατὰ τῆς θαλάσσης. ταχὺ γὰρ τὴν ἐφολκίδα ἀπολύσαντες οἱ ναῦται, πελέκει κόψαντες τὸν κάλων, τὸν πλοῦν εἶχον, ἔνθα αὐτοὺς ἦγε τὸ πνεῦμα. οἱ δὲ ἐπὶ τῆς νηὸς ἐπειρῶντο καταδῦναι τὴν ἐφολκίδα. τὸ δὲ σκάφος ἐκυβίστα περὶ τοῖς κύμασιν ὀρχούμενον· λανθάνει δὴ προσενεχθὲν ὑφάλῳ πέτρᾳ, καὶ ῥήγνυται πᾶν. ἀπωσθείσης δὲ τῆς νηὸς, ὁ ἱστὸς ἐπὶ θάτερα πεσὼν, τὸ

que amicitiae lex omnis ſublata fuerat, ac ſuae quiſque ſaluti intentus alienam contemnebat. Ita periculorum magnitudo vel amicitiae leges ſolvit.

IV. Interea vectorum unus, iuvenis robuſtus, arrepto funе ſcapham prope navim paene pertraxerat, paratique alii omnes exſpectabant, ut in eam, ſimulac appropinquaſſet, tranſilirent: ac duobus tantum tribuſve cecidit, ut optato, non tamen ſine ſanguine, perfruerentur. Nam multi alii hoc idem conati, in mare deturbati fuerunt: nautae enim praeciſo ſtatim ſecuribus funе ſcapham ſolverunt, ac quo ventus voluit, abire permiſerunt, vectoribus eam mergere conantibus. Navis autem ipſa undis iactata in gyrum agebatur, ac tandem ad aquis contectum ſaxum imprudenter delata, illiſa, ſolutaque tota eſt: maloque alteram in partem collabente partim quidem fracta,

μέν τι κατέκλασε, τὸ δέ τι κατέδυσε αὐτῆς. ὁπόσοι μὲν οὖν παραχρῆμα τῆς ἅλμης πίοντες κατεσχέθησαν, οὗτοι μετριωτέραν ὡς ἐν κακοῖς ἔσχον τὴν συμφορὰν, οὐκ ἐνδιατρίψαντες τῷ τοῦ θανάτου φόβῳ. ὁ γὰρ ἐν θαλάττῃ θάνατος βραδὺς προαναιρεῖ πρὸ τοῦ παθεῖν. ὁ γὰρ ὀφθαλμὸς πελάγους γεμισθεὶς, ἀόριστον ἐκτείνει τὸν φόβον, ὡς καὶ διὰ τούτων θάνατον δυστυχεῖν πλείονα. ὅσον γὰρ τῆς θαλάσσης τὸ μέγεθος, τοσοῦτος καὶ ὁ τοῦ θανάτου φόβος. Ἔνιοι δὲ κολυμβᾶν πειρώμενοι, προσραγέντες ὑπὸ τοῦ κύματος τῇ πέτρᾳ διεφθείροντο· πολλοὶ δὲ καὶ ξύλοις ἀπερρωγόσι συμπεσόντες, ἐπείροντο δίκην ἰχθύων. οἱ δὲ καὶ ἡμιθνῆτες ἐνήχοντο.

ε'. Ἐπεὶ οὖν τὸ πλοῖον διελύθη, δαίμων τις ἀγαθὸς περιέσωσεν ἡμῖν τῆς πρώρας μέρος, ἔνθα περικαθίσαντες ἐγώ τε καὶ ἡ Λευκίππη, κατὰ ῥοῦν ἐφερόμεθα τῆς θαλάσσης. ὁ δὲ Μενέλαος καὶ ὁ Σάτυρος

partim vero ſubmerſa. Sane quotquot epota maris aqua confeſtim obierunt, cum iis, ut tunc res erat, mitius actum fuit, ut qui in mortis metu non admodum diu immorati ſint. Procraſtinans enim in mari mors prius interimit, quam ſentiatur. Nam oculi maris immenſitate pleni metum afferunt, nullis terminis circumſcriptum: eoque miſerior eſt mors. Quanta enim maris eſt amplitudo, tantus etiam mortis eſt pavor. Quidam enatare conati, ab unda ſaxo alliſi perierunt. Multi, diſiectas navis tabulas nacti, piſcium more nabant. Nonnulli ſemimortui ferebantur.

V. Fracta eo pacto navi, prorae partem bonus quidam genius nobis conſervavit: in qua ſedentes ego & Leucippe, ſecundum maris aeſtum vehebamur. Menelaus,

σὺν ἄλλοις τῶν πλωτήρων ἐπιτυχόντες τοῦ ἱστοῦ, καὶ ἐπιπεσόντες ἐνήχοντο. Πλησίον δὲ καὶ τὸν Κλεινίαν ἑωρῶμεν περινηχόμενον τῇ κεραίᾳ, καὶ ταύτην ἠκούσαμεν αὐτοῦ τὴν βοήν· Ἔχου τοῦ ξύλου, Κλειτοφῶν. ἅμα δὲ λέγοντα κῦμα διεγκεκάλυπτε κατόπιν· καὶ ἡμεῖς ἐκωκύσαμεν. κατ' αὐτὸ καὶ ἡμῖν ἐπεφέρετο κῦμα. ἀλλὰ τύχῃ τινὶ πλησίον γενόμενον ἡμῶν, κάτωθεν παρατρέχει, ὥστε μόνον ὑψούμενον μετέωρον τὸ ξύλον κατὰ τὸν αὐχένα τοῦ κύματος, καὶ τὸν Κλεινίαν ἰδεῖν αὖθις. ἀνοιμώξας οὖν· Ἐλέησον, ἔφην, δέσποτα Ποσειδῶν, καὶ σπεῖσαι πρὸς τὰ τῆς ναυαγίας σου λείψανα. πολλοὺς ἤδη τῷ Φόβῳ θανάτους ὑπεμείναμεν. εἰ δὲ ἡμᾶς ἀποκτεῖναι θέλεις, μὴ διαστήσῃς ἡμῶν τὴν τελευτήν. ἓν ἡμᾶς κῦμα καλυψάτω. εἰ δὲ καὶ θηρίων ἡμᾶς βορὰν πέπρωται γενέσθαι, εἷς ἡμᾶς ἰχθὺς ἀναλωσάτω, μία γαστὴρ χωρησάτω, ἵνα καὶ ἐν

& Satyrus, aliique vectores, cum in malum incidiſſent, eo apprehenſo, natabant. Cliniam vero, circum antennam nantem, non procul adſpeximus, atque audivimus etiam: me enim, ut ligno haererem, adhortabatur. Intereaque ſuperveniens a tergo fluctus loquentem, quae ſane res lacrimas nobis excuſſit, primum adobruit: deinde nobis etiam incubuit. Sed fato quodam propior factus infra nos praeterlapſus eſt ita, ut lignum tantummodo alte ſublatum in ipſo fluctus ſummo, & Cliniam rurſum videremus. Multis itaque cum lacrimis ego: Here, inquam, Neptune, miſerere, ac naufragii reliquiis parce: unus ipſe metus multas nobis mortes attulit. Aut ſi tibi omnino in animo eſt ut pereamus, ne noſtram mortem divide: ſed idem fac ut nos fluctus abſorbeat. Sin vero fata etiam volunt, ut belluarum eſca ſimus, unus tantum nos piſcis deglutiat: una tantum nos alvus hauriat: ut

ἰχθῦσι κοινῇ ταφῶμεν. Μετὰ μικρὸν δὲ τῆς εὐχῆς τὸ πολὺ τοῦ πνεύματος περιεπέπαυτο, τὸ δὲ ἄγριον ἐστορῦτο τοῦ κύματος. μεστὴ δὲ ἦν ἡ θάλαττα νεκρῶν σωμάτων. τοὺς μὲν οὖν ἀμφὶ τὸν Μενέλαον θᾶττον προσάγει τῇ γῇ τὸ κῦμα, καὶ ἦν ταῦτα τῆς Αἰγύπτου τὰ παράλια· κατεῖχον δὲ τότε λῃσταὶ πᾶσαν τὴν ἐκεῖ χώραν· ἡμεῖς δὲ περὶ δείλην ἑσπέραν τύχῃ τινὶ τῷ Πηλουσίῳ προσίσχομεν, καὶ ἄσμενοι γῆς λαβόμενοι τοὺς θεοὺς ἀνευφημοῦμεν· εἶτα ὠλοφυρόμεθα τὸν Κλεινίαν καὶ τὸν Σάτυρον, νομίζοντες τούτους ἀπολωλέναι.

στ΄. Ἔστι δὲ ἐν τῷ Πηλουσίῳ Διὸς ἱερὸν ἄγαλμα Κασίου. τὸ δὲ ἄγαλμα νεανίσκος, Ἀπόλλωνι μάλιστα ἐοικώς. οὕτω γὰρ ἡλικίαν εἶχε. προβέβληται δὲ τὴν χεῖρα, καὶ ἔχει ῥοιὰν ἐπ' αὐτῇ. τῆς δὲ ῥοιᾶς ὁ λόγος μυστικός. Προσευξάμενοι δὴ τῷ θεῷ, καὶ περὶ τοῦ Κλεινίου καὶ τοῦ Σατύρου σύμβολον ἐξαιτήσαντες· καὶ γὰρ ἔλεγον μαντικὸν εἶναι τὸν θεόν·

eodem a piſcibus etiam vorati ſepulcro condamur. Paulo poſt, quam has preces effudi, venti vis undique ſedata eſt, fluctuſque ſubſiderunt, & cadaveribus plenum mare apparuit. Menelaum & qui cum eo erant, ad Aegypti, quae vocant, paralia fluctus reiecit: eam autem regionem omnem latrones incolebant. Nos circiter veſperam caſu quodam Peluſium applicuimus: peroptatamque in terram egreſſi gratias Diis egimus. Cliniam deinde ac Satyrum, quos obiiſſe putabamus, deflevimus.

VI. Peluſii ſtatua eſt Iovis Caſii, iuvenili aetate, atque adeo ut Apollini quam ſimillima ſit, dextera manu, quo punicum malum ſuſtinebat, extenſa: cuius rei ſignificatio minime vulgata eſt. Huic Deo ſupplicaturi, ac de Clinia, Satyroque (futura enim praedicere illum aiunt) percon-

περιήειμεν τὸν νεών. Κατὰ δὲ τὸν ὀπισθόδομον ὁρῶμεν εἰκόνα διπλῆν· Εὐάνθης μὲν ὁ γραφεύς· ἡ δὲ εἰκὼν καὶ Ἀνδρομήδα καὶ Προμηθεύς, δεσμῶται μὲν ἄμφω· διὰ τοῦτο γὰρ αὐτοὺς οἶμαι εἰς ἓν συνήγαγεν ὁ ζωγράφος. ἀδελφαὶ δὲ καὶ τὴν ἄλλην τύχην αἱ γραφαί. πέτραι μὲν ἀμφοῖν τὸ δεσμωτήριον, θῆρες δὲ κατ' ἀμφοῖν οἱ δήμιοι, ἀλλὰ τῷ μὲν ἐξ ἀέρος, τῇ δὲ ἐκ θαλάττης. ἐπίκουροι δὲ αὐτοῖς Ἀργεῖοι δύο συγγενεῖς, τῷ μὲν Ἡρακλῆς, τῇ δὲ Περσεύς· ὁ μὲν τοξεύων τὸν ὄρνιν τοῦ Διός, ὁ δὲ ἐπὶ τὸ κῆτος τοῦ Ποσειδῶνος ἀθλῶν. ἀλλ' ὁ μὲν ἵδρυται τοξαζόμενος ἐν γῇ· ὁ δὲ ἐξ ἀέρος κρέμαται τῷ πτερῷ.

ζ'. Ὀρώρυκται μὲν οὖν εἰς τὸ μέτρον τῆς κόρης ἡ πέτρα· θέλει δὲ τὸ ὄρυγμα λέγειν, ὅτι μή τις αὐτὸ πεποίηκε χειρί. ἀλλ' ἔστιν αὐτόχθων ἡ γραφή. ἐτράχυνε γὰρ τοῦ λίθου τὸν κόλπον ὁ γραφεύς, ὡς ἔτεκεν αὐ-

taturi templum circuibamus: duasque in eius interiore tabulas Evanthae pictoris, cuius illic etiam imago depicta fuerat, vidimus. In quarum altera Andromeda, in altera Prometheus vinculis constricti cernebantur. Atque ambos ea de causa pictorem coniunxisse puto, tametsi alia etiam inter se communia haberent. Saxa enim utrique pro carcere erant: ferae utrique, aëria huic, marina illi, tanquam carnifices, imminebant. Argivi etiam, utrique ex eadem gente, auxiliatores aderant, Hercules scilicet, atque Perseus: quorum alter Iovis volucrem aquilam in terra stans sagittis appetebat: alter Neptuni belluam cete pennis in aëre sustentatus adoriebatur.

VII. Sane pro puellae magnitudine saxum excavatum erat ita, ut non arte aliqua fabrefactum, sed sponte natum cavum pictura testari videretur. Illud enim asperum, quomodo quidem terra producere solet, pictor effinxerat.

τὸν ἡ γῆ. Ἡ δὲ ἐνίδρυται τῇ σκέπῃ· καὶ ἔοικε τὸ θέαμα, εἰ μὲν εἰς τὸ κάλλος ἀπίδοις, ἀγάλματι καινῷ· εἰ δὲ εἰς τὰ δεσμὰ καὶ τὸ κῆτος, αὐτοσχεδίῳ τάφῳ. ἐπὶ δὲ τῶν προσώπων αὐτῆς κάλλος κεκέρασται καὶ δέος. ἐν μὲν γὰρ ταῖς παρειαῖς τὸ δέος κάθηται, ἐκ δὲ τῶν ὀφθαλμῶν ἀνθεῖ τὸ κάλλος. ἀλλ' οὔτε τῶν παρειῶν τὸ ὠχρὸν τέλειον ἀφοίνικτον ἦν, ἠρέμα δὲ τῷ ἐρεύθει βέβαπται· οὔτε τὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἄνθος ἐστὶν ἀμέριμνον, ἀλλ' ἔοικε τοῖς ἄρτι μαραινομένοις ἴοις. οὕτως αὐτὴν ἐκόσμησεν ὁ ζωγράφος εὐμόρφῳ φόβῳ. τὰς δὲ χεῖρας εἰς τὴν πέτραν ἐξεπέτασεν. ἄγχει δὲ ἄνω δεσμὸς ἑκατέραν συνάπτων τῇ πέτρᾳ· οἱ καρποὶ δὲ ὥσπερ ἀμπέλου βότρυες κρέμανται. καὶ αἱ μὲν ὠλέναι τῆς κόρης ἄκρατον ἔχουσαι τὸ λευκὸν, εἰς τὸ πελιδνὸν μετέβαλλον, καὶ ἐοίκασιν ἀποθνήσκειν οἱ δάκτυλοι. δέδεται μὲν οὖν τὸν θάνατον ἐκδεχομένη· ἕστηκε δὲ νυμ-

In illo ſedebat puella eo adſpectu, ut, ſi pulchritudinem tantum conſiderare voluiſſes, admiratione dignam imaginem; ſin vero vincula etiam, & cete; rude & inconditum ſepulcrum ſpectandum tibi propoſitum exiſtimaturus fueris. In vultu pulchritudini pallor admixtus erat, hic genas occupans, illa ex oculis effulgens: non tamen eouſque genae pallebant, ut ſuus eis rubor deeſſet: nec oculorum fulgor adeo coruſcabat, quin languore quodam, qualem in violis paulo ante ſucciſis conſpicimus, dehoneſtaretur. Ita pulchro timore pictor puellam decoraverat. Manus extentae, ac alte ſaxo alligatae non aliter e brachiis, quam racemi e vite, pendebant. Brachiorum autem ipſorum candor ad livorem vergebat, & digiti mori videbantur. Haec erat mortem exſpectantis puellae facies. Atque ſponſarum etiam more, quaſique Plutoni nuptum tra-

φικῶς ἐστολισμένη· ποδήρης χιτὼν, λευκὸς ὁ χιτὼν, τὸ δὲ ὕφασμα λεπτὸν, ἀραχνίων ἐοικὸς πλοκῇ, οὐ κατὰ τὴν τῶν προβατείων τριχῶν, ἀλλὰ κατὰ τὴν τῶν ἐρίων, τῶν πτηνῶν, οἷον ἀπὸ δένδρων ἕλκουσαι νήματα γυναῖκες ὑφαίνουσιν Ἰνδαί. τὸ δὲ κῆτος ἀντιπρόσωπον τῆς κόρης κάτωθεν ἀναβαῖνον ἀνοίγει τὴν θάλασσαν. καὶ τὸ μὲν πολὺ τοῦ σώματος περιβέβληται τῷ κύματι· μόνῃ δὲ τῇ κεφαλῇ τὴν θάλατταν ἀποδύεται. ὑπὸ δὲ τὴν ἅλμην τοῦ κύματος ἡ τῶν νώτων ἐγέγραπτο προφαινομένη σκιὰ, τὰ τῶν φολίδων ἐπάρματα, τὰ τῶν αὐχένων κυρτώματα, ἡ λοφιὰ τῶν ἀκανθῶν, οἱ τῆς οὐρᾶς ἑλιγμοὶ, ἡ γένυς πολλὴ καὶ μακρά. ἠνέῳκτο δὲ πᾶσα μέχρι τῆς τῶν ὤμων συμβολῆς, καὶ εὐθὺς ἡ γαστήρ. μεταξὺ δὲ τοῦ κήτους καὶ τῆς κόρης ὁ Περσεὺς ἐγέγραπτο καταβαίνων ἐξ ἀέρος· καταβαίνει δὲ ἐπὶ τὸ θηρίον γυμνὸς τὸ πᾶν, χλαμὺς ἀμφὶ τοῖς ὤμοις μόνοις, καὶ πέδιλον περὶ τὼ πόδε πλησίον τοῦ πτεροῦ· πῖλος δὲ αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν. καλύ-

deretur, ſtolam induerat, nec non talarem tunicam, albam quidem illam, atque araneolae reti ſubtilitate parem, contextamque, non quomodo ovium vellera, ſed vermium lanae, quales Indae ab arboribus mulieres depectunt, conſueverunt. Adverſus puellam cetus, ab imo mari emergens, undas capite, quo uno exſtabat, fundebat. Nam corporis maior pars aqua contegebatur: non tamen adeo, quin humerorum umbra, ſquamarum ordines, dorſi curvatura, ſpinarum ſummitas, caudae flexiones proſpicerentur. Sanna ingenti, & profundo hiatu ad humeros uſque patebat, ſtatimque a ventre excipiebatur. Inter cetum ac puellam Perſeus e coelo devolans in belluam ferebatur nudo corpore; niſi quod chlamyde humeros cooperuerat, & calceos alis ſimiles pedibus aptaverat, pileumque Ditis

πτει· ὁ πῖλος δὲ ὑπηνίττετο τὴν Ἀΐδος κυνέην· [1] τῇ λαιᾷ τὴν τῆς Γοργοῦς κεφαλὴν κρατεῖ, καὶ προβέβληται δίκην ἀσπίδος. ἡ δέ ἐστιν φοβερὰ, καὶ ἐν τοῖς χρώμασι τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξεπέτασεν, ἔφριξε τὰς τρίχας τῶν κροτάφων, ἐγείρει τοὺς δράκοντας· οὕτως ἀπειλεῖ καὶν τῇ γραφῇ. ὅπλον μὲν τοῦτο τῇ λαιᾷ· ὥπλισται δὲ καὶ τὴν δεξιὰν διφυεῖ σιδήρῳ εἰς δρέπανον καὶ ξίφος ἐσχισμένῳ. ἄρχεται μὲν γὰρ ἡ κώπη κάτωθεν ἀμφοῖν ἐκ μιᾶς, καὶ ἔστιν ἐφ' ἥμισυ τοῦ σιδήρου τὸ ξίφος· ἐντεῦθεν δὲ ἀπορραγὲν, τὸ μὲν ὀξύνεται, τὸ δ' ἐπικάμπτεται. καὶ τὸ μὲν ἀπωξυσμένον, μένει ξίφος, ὡς ἤρξατο· τὸ δὲ καμπτόμενον δρέπανον γίνεται, ἵνα μιᾷ πληγῇ τὸ μὲν ἐρείδῃ τὴν σφαγὴν, τὸ δὲ κρατῇ τὴν τομήν. Τὸ μὴν τῆς Ἀνδρομέδας δρᾶμα τοῦτο.

ἡ. Ἑξῆς δὲ τὸ τοῦ Προμηθέως ἐγεγόνει. δέδεται μὲν ὁ Προμηθεὺς σιδήρῳ καὶ πέτρᾳ, ὥπλισται δὲ Ἡρα-

galeam imitantem capiti impoſuerat. Laeva manu Gorgonis caput ſuſtinebat, & pro ſcuto proiiciebat, horribili ſane adſpectu. Nam & torve intueri, & comam concutere, & ſerpentes vibrare, ac minitari etiam e pictura videbatur. Dextera ferro eiuſmodi armata erat, ut & falx & gladius ſimul eſſet. A capulo enim ad medium uſque gladii formam referebat: inde duas in partes ſectum altera in mucronem protendebatur, itaque in gladium, ſicut initio eſſe coeperat, deſinebat: altera in uncum flectebatur, atque in falcem evadebat, eodem ut ictu & vulneraret, & attraheret. Atque ita quidem Andromedae ſe res habebant.

VIII. Sequebatur altera deinceps pictura huiuſmodi. Prometheus ferreis catenis ſaxo adalligatus erat. Hercules

1 Ἀΐδος κυνέην) De tota hac fabula, deque Orci galea, vide omnino III. Heyne ad Apollodor. II, 4, 2. p. 301.

κλῆς τόξῳ καὶ δόρατι. ὄρνις ἐς τὴν Προμηθέως γαστέρα τρυφᾷ. ἔστηκε γὰρ αὐτὴν ἀνοίγων, ἤδη μὲν ἀνεῳγμένην, ἀλλὰ τὸ ῥάμφος ἐς τὸ ὄρυγμα κεῖται· καὶ ἔοικεν ἐπορύττειν τὸ τραῦμα καὶ ζητεῖν τὸ ἧπαρ· τὸ δὲ ἐκφαίνεται τοσοῦτον, ὅσον ἀνέῳξεν ὁ γραφεὺς τὴν διώρυχα τοῦ τραύματος. ἐρείδει δὲ τῷ μηρῷ τῷ τοῦ Προμηθέως τὰς τῶν ὀνύχων ἀκμάς. ὁ δὲ ἀλγῶν πάντη συνέσταλται, καὶ τὴν πλευρὰν συνέσπασται, καὶ τὸν μηρὸν ἐγείρει καθ' αὑτοῦ. εἰς γὰρ τὸ ἧπαρ συνάγει τὸν ὄρνιν. ὁ δὲ ἕτερος αὐτῷ τοῖν ποδοῖν τὸν σπασμὸν ὄρθιον ἀντιτείνει κάτω, καὶ εἰς τοὺς δακτύλους ἀποξύνεται. τὸ δὲ ἄλλο σχῆμα δείκνυσι τὸν πόνον. κεκύρτωται τὰς ὀφρῦς, συνέσταλται τὸ χεῖλος, φαίνει τοὺς ὀδόντας. ἠλέησας ἂν ὡς ἀλγοῦσαν τὴν γραφήν. ἀναφέρει δὲ λυπουμένῳ Ἡρακλῆς. ἔστηκε γὰρ τοξεύων τοῦ Προμηθέως τὸν δήμιον. ἐνήρμοσται τῷ τόξῳ βέλος· τῇ λαιᾷ

arcum & ſagittam tenebat. Aquila Promethei pectus depaſcebatur: quippe in aperiendo illo iam aperto perſtabat, roſtrumque in vulnus demittebat, infodereque ac iecur quaerere videbatur: cuius pars tanta ſeſe oſtendebat, quantam pictor per vulnus patere voluerat. Alteri Promethei coxae aquila ſummis unguibus innitebatur: quapropter ille in moerore totus erat, & latus retrahens, eam ipſam coxam in ſuam ipſius perniciem elevabat. Ita enim volucrem iecori propiorem faciebat. Altera coxa contentos nervos ad imos uſque pedes commonſtrabat, in digitoſque acuebatur. Quin alio etiam habitu dolorem indicabat: curvabat enim ſupercilia, labra contrahebat, exſerebat dentes. Ipſe ſane picturam quaſi doloris ſenſum habentem miſeratus fuiſſes. Iis malis onerato Prometheo ſuppetias ferebat Hercules, impoſitam arcui ſagittam in eius tortorem intendens: quippe arcum ſiniſtra manus ex-

προβέβληται τὸ κέρας ὠθῶν· ἐπὶ μαζὸν ἕλκει τὴν δεξιὰν, ἕλκων τὸ νεῦρον κεκύρτωται κατόπιν τὸν ἀγκῶνα. πάντα οὖν ὁμοῦ. πτύσσεται τὸ τόξον, τὸ νεῦρον, τὸ βέλος. ἡ δεξιὰ συνάγεται μὲν ὑπὸ τοῦ νεύρου τὸ τόξον· διπλοῦται δὲ ὑπὸ τῆς χειρὸς τὸ νεῦρον, κλίνεται δὲ ἐπὶ μαζὸν ἡ χείρ. ὁ δὲ Προμηθεὺς μεστός ἐστιν ἐλπίδος ἅμα καὶ Φόβου. πῇ μὲν γὰρ εἰς τὸ ἕλκος, πῇ δὲ εἰς τὸν Ἡρακλέα βλέπει· καὶ θέλει μὲν αὐτὸν ὅλοις τοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν, ἕλκει δὲ τὸ ἥμισυ τοῦ βλέμματος ὁ πόνος.

Θ'. Ἐνδιατρίψαντες οὖν ἡμέρας δύο, καὶ ἀναλαβόντες ἑαυτοὺς ἐκ τῶν κακῶν, ναῦν Αἰγυπτίαν μισθωσάμενοι (εἴχομεν δὲ ὀλίγον χρυσίον, ὅπερ ἐτύχομεν ἐζωσμένοι) διὰ τὸν τοῦ Νείλου πλοῦν ἐπ' Ἀλεξάνδρειαν ἐποιούμεθα, μάλιστα μὲν ἐκεῖ διεγνωκότες ποιήσασθαι τὴν διατριβὴν, καὶ νομίζοντες ταύτῃ τάχα τοὺς φίλους εὑρήσειν προσενεχθέντας. ἐπεὶ δὲ ἐγενό-

tenta impellebat, dextra vero nervo una adducto mammae admovebatur, cubito interim poſt ſe curvato. Eodemque omnia haec tempore fiebant: arcus cornua nervo adducebantur, nervus manu flectebatur, manus mammae adhaerebat. Prometheus ipſe ſpe metuque plenus erat, ac partim quidem vulnus, partim vero Herculem intuebatur: quem ſane totis oculis contemplari volebat. Sed obtutus partem alteram dolor ad ſe rapiebat.

IX. Ceterum cum duos illic dies commorati, ac ex malis recreati eſſemus, Aegyptia navi conducta, (nonnihil enim auri nobis in zona ſuperfuerat,) Alexandriam verſus Nilo amne curſum direximus, hoc conſilio, aetatem ut illic degeremus, fieri etiam poſſe putantes, ut eo forte delatos amicos inveniremus. Cum autem ad oppidum

μεθα κατά τινα πόλιν, ἐξαίφνης βοῆς ἀκούομεν πολλῆς. καὶ ὁ ναύτης εἰπών· Ὁ βουκόλος μεταστρέφει τὴν ναῦν, ὡς ἐπαναπλεύσων εἰς τοὐπίσω. καὶ ἅμα πλήρης ἦν ἡ γῆ Φοβερῶν καὶ ἀγρίων ἀνθρώπων· μεγάλοι μὲν πάντες, μέλανες δὲ τὴν χροιάν, οὐ κατὰ τὴν Ἰνδῶν τὴν ἄκρατον, ἀλλ' οἷος ἂν γένοιτο νόθος Αἰθίοψ, ψιλοὶ τὰς κεφαλάς, λεπτοὶ τοὺς πόδας, τὸ σῶμα παχεῖς, ἐβαρβάριζον δὲ πάντες. καὶ ὁ κυβερνήτης εἰπών, Ἀπολώλαμεν, ἔστηκε τὴν ναῦν. ὁ γὰρ ποταμὸς ταύτῃ στενότατος· καὶ ἐπεμβάντες τῶν λῃστῶν τέσσαρες, πάντα μὲν τὰ ἐν τῇ νηῒ λαμβάνουσιν, καὶ τὸ χρυσίον ἡμῶν ἀποφέρουσιν· ἡμᾶς δὲ δήσαντες, καὶ κατακλείσαντες ἔς τι δωμάτιον, ἀπηλαύνοντο, φύλακας ἡμῖν καταλιπόντες, ὡς εἰς τὴν ἐπιοῦσαν ἄξοντες ἡμᾶς ὡς τὸν βασιλέα. τούτῳ γὰρ ἐκάλουν τῷ ὀνόματι τὸν λῃστὴν τὸν μείζονα. καὶ ἦν ὁδὸς ἡμερῶν δύο, ὡς παρὰ τῶν σὺν ἡμῖν ἁλωκότων ἠκούσαμεν.

quoddam perveniſſemus, ingens nobis clamor ſubito auditus eſt. Ac nauta exclamans: Ecce paſtor navem tanquam retro ceſſurus convertit: ſtatimque ripa feris atque agreſtibus viris completa eſt. Magna ii omnes ſtatura erant, colore non quidem, ut Indi, ſumme, ſed ut non veri Aethiopes, remiſſe nigro, capitibus raro capillo tectis, parvis pedibus, corpore craſſo, ac barbaro ſermone. Itaque gubernator periiſſe nos omnes affirmans navem ſiſtit: anguſtiſſimus enim illic fluvius erat, & latrones quatuor navim conſcendentes, quidquid in ea inerat, una cum pecunia noſtra abſtulerunt, nobiſque vinctis atque in cuſtodiam datis abierunt, ut poſtridie ad regem (ita enim latronum principem appellant) ducerent. Aberat autem ille duorum dierum itinere, uti de illis, qui nobiſcum capti fuerant, accepimus.

ι'. Ἐπεὶ οὖν νὺξ ἐγένετο, καὶ ἐκείμεθα, ὡς ἦμεν, δεδεμένοι, καὶ ἐκάθευδον οἱ Φρουροὶ, τότε καὶ ἐξὸν ἤδη κλαίειν [εἶχον] τὴν Λευκίππην, καὶ δὴ λογισάμενος ὅσων αὐτῇ γέγονα κακῶν αἴτιος, κωκύσας ἐν τῇ ψυχῇ βύθιον, τῷ δὲ νῷ κλέψας τοῦ κωκυτοῦ τὸν ψόφον· Ὦ θεοὶ καὶ Δαίμονες, ἔφην, εἴπερ ἐστέ που καὶ ἀκούετε· τί τηλικοῦτον ἠδικήταμεν, ὡς ἐν ὀλίγαις ἡμέραις τοσούτῳ πλήθει καταβαπτισθῆναι κακῶν; νῦν δὲ καὶ παραδεδώκατε ἡμᾶς λῃσταῖς Αἰγυπτίοις, ἵνα μηδὲ ἐλέους τύχωμεν. λῃστὴν μὲν γὰρ Ἕλληνα καὶ φωνὴ κατέκλασε, καὶ δέησις ἐμάλαξεν· ὁ γὰρ λόγος πολλάκις τὸν ἔλεον προξενεῖ· τὸ γὰρ πονοῦν τῆς ψυχῆς ἡ γλῶττα διακονουμένη πρὸς ἱκετηρίαν τῆς τῶν ἀκουόντων ψυχῆς ἡμεροῖ τὸ θυμούμενον. νῦν δὲ ποίᾳ μὲν φωνῇ δεηθῶμεν; τίνας δὲ ὅρκους προτείνωμεν; κἂν Σειρήνων τις γένηται πιθανώτερος, ὁ ἀνδροφόνος οὐκ

X. Interea cum nox adventaſſet, noſque, ut eramus, vincti iaceremus, ac cuſtodes dormitarent, ego, quomodo mihi ſane tum licuit, Leucippes calamitatem lugere coepi, & quot eam in mala conieciſſem, tacitus mecum reputans, animoque vehementer ingemiſcens, (nec enim eiulatus in apertum proferre audebam:) O Dii daemoneſque, inquam, ſicubi eſtis, & auditis, tantumne deliquimus, ut tam brevi tot malis obrui meruerimus? Atqui nos latronibus Aegyptiis etiam tradidiſtis, quo miſericordiam impetrare nequeamus. Graecum, Hercules! latronem & vox commoviſſet, & ad miſericordiam preces allexiſſent. Oratio enim ſaepe ad lenitatem revocat, & lingua pro animi aegritudine deprecatrix iratas audientium mentes flectit. Nos vero quanam voce precabimur? quodnam iusiurandum dabimus? ut enim Sirenum cantu dulciorem ad perſuadendum orationem quis adhibeat, non

ἀκούει. μόνοις ἱκετεύειν με δεῖ τοῖς νεύμασιν, καὶ τὴν δέησιν δηλοῦν ταῖς χειρονομίαις. ὦ τῶν ἀτυχημάτων. ἤδη τὸν θρῆνον ὀρχήσομαι. τὰ μὲν οὖν ἐμὰ, κἂν ὑπερβολὴν ἔχῃ συμφορᾶς, ἧττον ἀλγῶ· τὰ σὰ δὲ, Λευκίππη, ποίῳ στόματι θρηνήσω; ποίοις ὄμμασι δακρύσω; ὦ πιστὴ μὲν πρὸς ἀνάγκην ἔρωτος, χρηστὴ δὲ πρὸς ἐραστὴν δυστυχοῦντα. ὡς καλά σου τῶν γάμων τὰ κοσμήματα. θάλαμος μὲν τὸ δεσμωτήριον, εὐνὴ δὲ ἡ γῆ, ὅρμοι δὲ καὶ ψέλλια, κάλοι καὶ βρόχος, καί σοι νυμφαγωγὸς λῃστὴς παρακαθέζεται· ἀντὶ δὲ τῶν ὑμεναίων τίς σοι τὸν θρῆνον ᾄδει; μάτην σοι, ὦ θάλασσα, τὴν χάριν ὡμολογήσαμεν· μέμφομαί σου τῇ φιλανθρωπίᾳ· χρηστοτέρα γέγονας πρὸς οὓς ἀπέκτεινας, ἡμᾶς δὲ σώσασα μᾶλλον ἀπέκτεινας. ἐφθόνησας ἡμῖν ἀληστεύτοις ἀποθανεῖν.

tamen a parricidis intelligetur. Nutu tantum rogare, ac manuum geſtu precari me oportebit. O calamitatem! luctum ego iam ſaltando exprimam. Sed infortunia mea quamquam opinione omnium maiora ſunt, minus tamen certe doleo. Tua vero, Leucippe, quo ore conquerar? quibus lacrimabor? o conſtantem in amoris fide conſervanda! o benignam erga infelicem amantem Leucippen! en magnificos nuptiarum tuarum apparatus, carcerem ſcilicet pro cubiculo, pro pulvinis terram, pro monilibus atque armillis funes & laqueos. Atqui etiam deductoris loco latro tibi affidet, Hymenaeique vicem lamentationes implent. Nos quidem, o mare, fruſtra tibi gratias egimus. Benignitatem ego tuam non poſſum non reprehendere, utpote quod mitius in eos fueris, quos perdidiſti. Nam dum nos ſervaſti, crudelius occidiſti, omnemque mortem, quae a non latronibus afferretur, nobis invidiſti.

ια'. Ταῦτα μὲν ἐθρήνουν ἡσυχῇ, κλαίειν δὲ οὐκ ἠδυνάμην. τοῦτο γὰρ ἴδιον τῶν ὀφθαλμῶν ἐν τοῖς μεγάλοις κακοῖς. ἐν μὲν γὰρ ταῖς μετρίαις συμφοραῖς ἀφθόνως τὰ δάκρυα καταῤῥεῖ, καὶ ἔστι τοῖς πάσχουσιν εἰς τοὺς κολάζοντας ἱκετηρία, καὶ τοὺς ἀλγοῦντας, ὥσπερ ἀπὸ οἰδοῦντος τραύματος, ἐπεκούφισεν· ἐν δὲ τοῖς ὑπερβάλλουσι δεινοῖς φεύγει καὶ τὰ δάκρυα, καὶ προδίδωσι καὶ τοὺς ὀφθαλμούς. ἐντυχοῦσα γὰρ αὐτοῖς ἀναβαίνουσιν ἡ λύπη, ἵστησί τε τὴν ἀκμὴν, καὶ μετοχετεύει καταφέρουσα σὺν αὐτῇ κάτω· τὰ δὲ ἐκτρεπόμενα τῆς ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὁδοῦ εἰς τὴν ψυχὴν καταῤῥεῖ, καὶ χαλεπότερον αὐτῆς ποιεῖ τὸ τραῦμα. Λέγω οὖν πρὸς τὴν Λευκίππην πάντα σιγῶσαν· Τί σιγᾷς, φιλτάτη, καὶ οὐδέν μοι λαλεῖς; Ὅτι μοι, ἔφη, πρὸ τῆς ψυχῆς, Κλειτοφῶν, τέθνηκεν ἡ φωνή.

ιβ'. Ταῦθ' ἡμᾶς διαλεγομένους ἔλαθεν ἡὼς γενο-

XI. Hoc ſane pacto mecum tacitus lamentabar. Verum lacrimas, quod in ingentibus malis maxime proprium eſt, profundere nequibam. Enimvero mediocribus in malis lacrimae abunde manant, ac precandi munere pro iis, qui in calamitate degunt, apud infortunii auctores funguntur, doloremque minuunt, ut ulcerum tumores cum diſrumpuntur: in exſuperantibus autem refugiunt, oculoſque deſerunt. Moeror enim exire parantibus obviam factus earum vim retardat, & una ſecum ad imas pectoris partes rapit. Quamobrem de oculorum via deflectentes animum pulſant, illiuſque angorem mirum in modum augent. Deinde ad Leucippen iam prorſus obmuteſcentem converſus: Qua de cauſa, inquam, Leucippe ſuaviſſima, taces? nec quidquam mihi dicis? Tum illa: Quia vox me, inquit, o Clitophon, prius, quam ſpiritus, defecit.

XII. Haec dum loqueremur, dies nobis haud adverten-

μένη. καί τις ἵππον ἐπελαύνων ἔρχεται, κόμην ἔχων πολλὴν καὶ ἀγρίαν· ἐκόμα δὲ καὶ ὁ ἵππος. γυμνὸς ἦν, ἄστρωτος καὶ οὐκ ἔχων φάλαρα. τοιοῦτοι γὰρ τοῖς λησταῖς εἰσιν οἱ ἵπποι. ἀπὸ δὲ τοῦ ληστάρχου παρῆν, καὶ, Εἴ τις, ἔφη, παρθένος ἐστὶν ἐν τοῖς εἱλημμένοις, ταύτην ἀπάγειν πρὸς τὸν θεὸν, ἱερεῖον ἐσομένην καὶ καθάρσιον τοῦ στρατοῦ. Οἱ δὲ ἐπὶ τὴν Λευκίππην εὐθὺς τρέπονται. ἡ δὲ εἴχετό μου καὶ ἐξεκρέματο βοῶσα. τῶν λῃστῶν οἱ μὲν ἀπέσπων, οἱ δὲ ἔτυπτον· ἀπέσπων μὲν τὴν Λευκίππην· ἔτυπτον δὲ ἐμέ. ἀράμενοι οὖν αὐτὴν μετέωρον ἀπάγουσιν. ἡμᾶς δὲ κατὰ σχολὴν ἦγον δεδεμένους.

ιγ'. Καὶ ἐπεὶ δύο σταδίους τῆς κώμης προήλθομεν, ἀλαλαγμὸς ἀκούεται πολὺς, καὶ σάλπιγγος ἦχος, καὶ ἐπιφαίνεται φάλαγξ στρατιωτικὴ, πάντες ὁπλῖται. οἱ δὲ λῃσταὶ κατιδόντες, ἡμᾶς μέσους διαλαβόν-

tibus illuxit: ac tum nescio quis inculta & promissa coma introgressus est equo advectus maxime iubato nudoque, nullis nec stratis, nec phaleris. Eiusmodi enim latronum sunt equi. Erat is a latronum principe missus. Et, Si qua inter captivos, inquit, virgo adest, eam abducere me oportet, Dei victimam ad exercitum expiandum futuram. Tum custodes oculos in Leucippen statim coniecerunt. Illa vero me complexa, & mihi adhaerens, lamentari ac eiulare coepit. E latronibus alii eam abstrahebant, alii me caedebant. Tandem sublimem raptam asportaverunt, vinctos nos interim per otium secum ducentes.

XIII. Posteaquam stadia duo a pago processimus, ingens nobis clamor tubae sono permixtus exaudiri coepit, deinde militum etiam gravis armaturae manus in conspectum se dedit: quam simulatque latrones viderunt, nobis in eorum medio conclusis, ad resistendum parati sub-

τες ἕμενον ἐπιόντας αὐτοὺς ὡς ἀμυνόμενοι. καὶ μετ' οὐ πολὺ παρῆσαν πεντήκοντα τὸν ἀριθμὸν, ὁπλῖται πάντες· οἱ μὲν ποδήρεις ἔχοντες τὰς ἀσπίδας· οἱ δὲ πελτασταί. οἱ δὲ λῃσταὶ πολλῷ πλείους ὄντες, βώλους ἀπὸ τῆς γῆς λαμβάνοντες τοὺς στρατίωτας ἔβαλλον. παντὸς δὲ βώλου χαλεπώτερος βῶλος Αἰγύπτιος, βαρύς τε καὶ τραχὺς καὶ ἀνώμαλος· τὸ δὲ ἀνώμαλόν εἰσιν αἰχμαὶ τῶν λίθων· ὥστε βληθεὶς διπλοῦν ποιεῖ ἐν τούτῳ τὸ τραῦμα καὶ οἴδημα ὡς ἀπὸ λίθου, καὶ τομὰς ὡς ἀπὸ βέλους. ἀλλὰ ταῖς γε ἀσπίσιν ἐκδεχόμενοι τοὺς λίθους, ὀλίγον τῶν βαλλόντων ἐφρόντιζον. Ἐπεὶ οὖν ἔκαμον οἱ λῃσταὶ βάλλοντες, ἀνοίγουσι μὲν οἱ στρατιῶται τὴν φάλαγγα· ἐκθέουσι δὲ ἀπὸ τῶν ὅπλων ἄνδρες κούφως ἐσταλμένοι, φέρων αἰχμὴν ἕκαστος καὶ ξίφος, καὶ ἀκοντίζουσιν ἅμα, καὶ ἦν οὐδεὶς ὃς οὐκ ἐπέτυχεν. εἶτα οἱ ὁπλῖται προσέρρεον· καὶ ἦν ἡ μάχη στερρὰ, πληγαὶ δὲ παρ' ἀμφοτέρων, καὶ τραύματα

ſtiterunt: atque haud ita multo poſt viri quinquaginta armis tecti omnes, quorum alii longis ad pedes uſque, alii brevioribus, ſcutis utebantur, proceſſerunt. Latrones, quorum numerus maior erat, ſublatas glebas in eos proiiciebant. Aegyptia porro gleba telo quovis perniciosior eſt, quippe quae dura, aſpera & inaequalis; producunt hanc inaequalitatem cuſpides lapideae. Ea de re fit, ut coniecta bifariam laedat. Tumorem enim ceu lapis, & vulnus ceu iaculum, efficit. Verum milites glebas ſcutis excipientes iaculatores nihili faciebant. Poſteaquam hi coniiciendo defatigati fuerunt, illi agmen aperuerunt: & qui leviter armati erant, ſtatim procurrerunt: quorum ſinguli miſſile ac gladium geſtabant. Ii primum iaculari omnes ſunt, neque vanus cuiuſquam ictus fuit. Deinde gravis armatura ſeſe effudit. Pugnatum eſt confertim, plagaeque ac cae-

καὶ σφαγαί. καὶ τὸ μὲν ἔμπειρον παρὰ τοῖς στρατιώταις ἀνεπλήρου τοῦ πλήθους τὸ ἐνδεές. Ἡμεῖς δὲ ὅσοι τῶν αἰχμαλώτων ἦμεν, ἐπιτηρήσαντες τὸ πονοῦν τῶν ληστῶν μέρος, ἅμα συνελθόντες διακόπτομέν τε αὐτῶν τὴν φάλαγγα, καὶ ἐπὶ τοὺς ἐναντίους ἐκτρέχομεν. οἱ δὲ στρατιῶται τὸ μὲν πρῶτον ἐπεχείρουν ἀναιρεῖν, οὐκ εἰδότες· ὡς δὲ εἶδον καὶ γυμνοὺς καὶ δεσμὰ ἔχοντας, ὑπονοήσαντες τὴν ἀλήθειαν, δέχονται τῶν ὅπλων εἴσω, καὶ ἐπ' οὐρὰν παραπέμψαντες εἴων ἡσυχάζειν. ἐν τούτῳ δὲ καὶ ἱππεῖς προσέρρεον. καὶ ἐπεὶ πλησίον ἐγένοντο, κατὰ κέρας ἑκατέρων ἐκτείναντες τὴν φάλαγγα περιίππευον αὐτοὺς ἐν κύκλῳ, καὶ ἐν τούτῳ συναγαγόντες αὐτοὺς εἰς ὀλίγον κατεφόνευον. καὶ οἱ μὲν ἔκειντο τεθνηκότες· οἱ δὲ καὶ ἡμιθνῆτες ἐμάχοντο· τοὺς δὲ λοιποὺς ἐζώγρησαν.

ιδ'. Ἦν δὲ περὶ δείλην ὁ καιρός. Καὶ ὁ στρατηγὸς διαλαβὼν ἡμῶν ἕκαστον, ἐπυνθάνετο τίνες ἦμεν, καὶ

des & vulnera ultro citroque illata. Quod militum numero deerat, usus explebat. Nos, quotquot captivi eramus, latronum aciem inclinare videntes, facto simul agmine, eorumque ordinibus perruptis, ad hostes transivimus. Qui uti se res haberet ignari, nos primo interficere voluerunt: sed cum postea nudos ac vinctos adspexissent, cognita veritate, intra ordines susceptos post extremum agmen, ut illic quiesceremus, collocaverunt. Interea supervenerunt equites, acieque utrinque effusa latrones circuire, in angustumque coactos trucidare coeperunt. Ex quibus alii mortui procubuerunt, nonnulli semimortui adhuc pugnabant, reliqui in militum potestatem vivi devenerunt.

XIV. Ceterum inclinata iam die militum eorum ductor, cui Charmidi nomen fuerat, unumquemque nostrûm sin-

πῶς ἐληφθημεν· διηγεῖτο δὲ ἄλλος ἄλλο τι, κἀγὼ τὰ ἐμὰ εἶπον. ἐπεὶ οὖν ἅπαντα ἔμαθεν, ἐκέλευσεν ἀκολουθεῖν, αὐτὸς δὲ ὅπλα δώσειν ὑπέσχετο. διεγνώκει γὰρ, ἀναμείνας στρατιὰν, ἐπελθεῖν τῷ μεγάλῳ λῃστηρίῳ· ἐλέγοντο δὲ ἀμφὶ τοὺς μυρίους εἶναι. ἐγὼ δὲ ἵππον ἤτουν. σφόδρα γὰρ ἥδειν ἱππεύειν γεγυμνασμένος. ὡς δὲ παρῆν, περιάγων τὸν ἵππον ἐπεδεικνύμην ἐν ῥυθμῷ τὰ τῶν πολεμούντων σχήματα, ὥστε καὶ τὸν στρατηγὸν σφόδρα ἐπαινέσαι. Ποιεῖται δέ με ἐκείνην τὴν ἡμέραν ὁμοτράπεζον, καὶ παρὰ τὸ δεῖπνον ἐπυνθάνετο τὰ μὰ, καὶ ἀκούων ἐλεεῖ. συμπαθὴς δέ πως εἰς ἔλεον ἄνθρωπος ἀκροατὴς ἀλλοτρίων κακῶν. καὶ ἔλεος πολλάκις φιλίαν προξενεῖ. ἡ γὰρ ψυχὴ μαλαχθεῖσα πρὸς τὴν, ὧν ἤκουσε, λύπην, συνδιατε-

gillatim & qui eſſemus, & quo pacto in praedonum manus incidiſſemus, interrogavit: cui quidem alii alia, ego vero, quae mihi evenerant, commemoravi. Atque ille, ubi omnia edidicit, ſe ut ſequeremur, iuſſit, armaque nobis praebere pollicitus eſt: decreverat enim, cum primum copiae, quas exſpectabat, adventaſſent, magnum latronum, qui ad decem millia eſſe ferebantur, receptaculum aggredi. Ac tum ego equum dari mihi popoſci: eo enim ſtudio valde gaudebam. Qui ſimulatque adductus fuit, illum circumagens pugnantium ordinatim equitum exemplum edidi, ita, ut me Charmides magnopere commendaret. Itaque die illo ſuis e convivis unum eſſe me voluit: atque a coena, caſus meos ut enarrarem, poſtulavit: quae dum audiret, miſericordia movebatur. Fere enim fit, ut qui aliena mala audit, una quodammodo patiatur. Benevolentiam autem miſericordia ſaepenumero gignit. Animus enim eorum, quos audit, moerore delinitus, & malorum

θεῖσα κατὰ μικρὸν τῇ τοῦ πάθους ἀκροάσει τὸν οἶκτον εἰς φιλίαν καὶ τὴν λύπην εἰς τὸν ἔλεον συλλέγει. Οὕτω γοῦν διέθηκα τὸν στρατηγὸν ἐκ τῆς ἀκροάσεως, ὡς καὶ αὐτὸν δάκρυα προαγαγεῖν. πλέον δὲ ποιεῖν εἴχομεν οὐδέν, τῆς Λευκίππης ὑπὸ τῶν λῃστῶν ἐχομένης. ἔδωκε δέ μοι καὶ θεράποντα τὸν ἐπιμελησόμενον Αἰγύπτιον.

ιε'. Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ πρὸς τὴν διάβασιν παρεσκευάζετο, καὶ ἐπεχείρει τὴν διώρυχα χῶσαι, ἥτις ἦν ἐμποδών. καὶ γὰρ ἑωρῶμεν τοὺς λῃστὰς μετὰ πλείστης δυνάμεως ἐπὶ θάτερα διώρυχος ἑστῶτας ἐν τοῖς ὅπλοις. βωμὸς δέ τις αὐτοῖς αὐτοσχέδιος ἦν πηλοῦ πεποιημένος, καὶ σορὸς τοῦ βωμοῦ πλησίον. ἄγουσι δή τινες δύο τὴν κόρην, ὀπίσω τὰ χεῖρε δεδεμένην. καὶ αὐτοὺς μὲν, οἵ τινες ἦσαν, οὐκ εἶδον· ἦσαν γὰρ ὡπλισμένοι· τὴν δὲ κόρην Λευκίππην οὖσαν ἐγνώρισα. εἶτα κατὰ

auditione in eundem fere ſenſum pertractus, triſtitiam in miſericordiam, miſericordiam vero in benevolentiam commutat. Ego vero narrando Charmidem eouſque commovi, ut lacrimas tenere nequiverit. Nam quod amplius facerem, nihil erat, cum Leucippe in latronum poteſtate remanſiſſet. Atqui Aegyptium etiam ſervum mei curam habere iuſſit.

XV. Poſtridie ad prodeundum ſe comparavit, & foſſam, quae impedimento erat, complere aggreſſus eſt: magnum etenim latronum numerum in armis eſſe trans foſſam illam cernebamus. Ii aram quandam e luto, iuxtaque ſepulcrum ex tempore conſtruxerant. Ac viri duo puellam manibus poſt tergum revinctis eo adduxerunt. Quos viros, propterea quod armis tecti erant, haudquaquam cognovi: ſed puella Leucippe erat. Ii ergo tum ca-

τῆς κεφαλῆς σποδὴν περιχέαντες, περιάγουσι τὸν βωμὸν κύκλῳ, καὶ ἐπηύλει τις αὐτῇ. καὶ ὁ ἱερεὺς ᾖδεν ὡς εἰκὸς ᾠδὴν Αἰγυπτίαν. τὸ γὰρ σχῆμα τοῦ στόματος καὶ τῶν προσώπων τὸ διειλκυσμένον, ὑπέφαινεν ᾠδήν. εἶτα ἀπὸ συνθήματος πάντες ἀναχωροῦσι τοῦ βωμοῦ μακράν. τῶν δὲ νεανίσκος ἕτερος ἀνακλίνας αὐτὴν ὑπτίαν, ἔδησε ἐκ πατταλων κατὰ τῆς γῆς ἐρηρεισμένων, οἷον ποιοῦσιν οἱ κροπλάθοι τὸν Μαρσύαν ἐκ τοῦ Φυτοῦ δεδεμένον· εἶτα λαβὼν ξίφος βάπτει κατὰ τῆς καρδίας· καὶ διελκύσας τὸ ξίφος εἰς τὴν κάτω γαστέρα, ῥήγνυσιν· τὰ σπλάγχνα δὲ εὐθὺς ἐξεπήδησεν, ἃ ταῖς χερσὶν ἐξελκύσαντες ἐπιτιθέασι τῷ βωμῷ. καὶ ἐπεὶ ὠπτήθη, κατατεμόντες ἅπαντες εἰς μοίρας ἔφαγον. ταῦτα δὲ ὁρῶντες οἱ στρατιῶται καὶ ὁ στρατηγὸς καθ' ἓν τῶν πραττομένων ἀνεβόων, καὶ τὰς ὄψεις ἀπέστρεφον τῆς θέας· ἐγὼ δὲ ἐκ παραλόγου καθήμενος ἐθεώμην. τὸ δὲ ἦν ἔκπληξις. μέτρον γὰρ

piti eius libamina infundentes, sacerdote quodam Aegyptium, uti verisimile est, carmen ei accinente. Oris etenim figura & vultus distortio canere illum subindicabat. Deinceps dato signo, ab ara omnes procul recessere. Tum adolescens alter ex iis, qui adduxerant eam, reclinans paxillis terrae infixis supinam alligavit, quo maxime modo figuli Marsyam arbori alligatum effingunt, gladiumque iuxta cor infixum ad ima ventris usque traxit, sic ut viscera omnia statim exsiluerint. Quae illi manibus corripientes arae imposuerunt, coctaque dissecuerunt, ac inter se partiti omnes devorarunt. Haec milites ductorque cernentes, non potuerunt, quin ad eorum unumquodque factum exclamarent, vultusque averterent. Ipse autem ea sine ulla prorsus mente, ac sine ullo sensu, stupore scilicet oppressus spectabam: mali enim modum exsuperantis

οὐκ ἔχον τὸ κακὸν ἐνεβρόντησέ με. καὶ τάχα ὁ τῆς Νιόβης μῦθος οὐκ ἦν ψευδής, ἀλλὰ καὶκείνη τοιοῦτόν τι παθοῦσα ἐπὶ τῇ τῶν παίδων ἀπωλείᾳ, δόξαν παρέσχεν ἐκ τῆς ἀκινησίας ὡσεὶ λίθος γενομένη. Ἐπεὶ δὲ τέλος εἶχεν, ὥς γε ᾠμην, τὸ ἔργον, τὸ σῶμα ἐνθέντες τῇ σορῷ καταλείπουσι, πῶμα ἐπ' αὐτῆς ἐπιθέντες. τὸν δὲ βωμὸν καταστρέψαντες, Φεύγουσιν ἀμεταστρεπτί. οὕτως γὰρ αὐτοὺς ποιεῖν ἔτυχεν μεμαντευμένος ὁ ἱερεύς.

ιστ'. Ἑσπέρας δὲ γενομένης, ἡ διώρυξ κέχωστο πᾶσα. οἱ δὲ στρατιῶται διαβάντες αὐλίζονται μικρὸν ἄνω τῆς διώρυχος, καὶ περὶ δεῖπνον ἦσαν. ὁ δὲ στρατηγὸς ἐπεχείρει με παρηγορεῖν ὁρῶν ἀνιαρῶς ἔχοντα. περὶ δὲ πρώτην νυκτὸς Φυλακὴν πάντας ἐπιτηρήσας καθεύδοντας, πρόσειμι, τὸ ξίφος ἔχων, ἐπικατασφάξων ἑαυ-

magnitudo a mentis ſenſu me abſtraxerat. Ac forte quae de Niobe fabulis traduntur, falſa minime fuerunt: ſed huiuſmodi quiddam illa quoque ob natorum caedem in ſe experta fabulae locum fecit, exiſtimantibus aliis, eam, propterea quod immota conſtitiſſet, in lapidem converſam. Poſteaquam ea res finem, ſicuti mihi videbatur, ſortita eſt, latrones, cadavere in ſepulcro condito, probeque contecto, aram demoliti ſunt, ac nunquam reſpicientes, ita enim fieri debere ſacerdos praeceperat, diſceſſerunt.

XVI. Sub veſperam foſſa omnis repleta fuit, militeſque praetergreſſi paulo ſupra foſſam caſtra poſuerunt, deinde cibum ceperunt. Et Charmides, aegro me animo eſſe cernens, conſolationem mihi adhibere conabatur. Verum ego circiter primam noctis vigiliam dormientes omnes tandem conſpicatus, ad tumulum, ut memet ipſum

τὸς τῇ σορῷ. ἐπεὶ δὲ πλησίον ἐγενόμην, ἀνατείνω τὸ ξίφος· Λευκίππη, λέγων, ἀθλία, καὶ πάντων ἀνθρώπων δυστυχεστάτη, οὐ τὸν θάνατον ὀδύρομαί σου μόνον, οὐδ' ὅτι τέθνηκας ἐπὶ ξένης, οὐδ' ὅτι σοι γέγονεν ἐκ βίας σφαγὴ, οὐδ' ὅτι ταῦτα τῶν σῶν ἀτυχημάτων παίγνια, ἀλλ' ὅτι καθάρσιον γέγονας ἀκαθάρτων σωμάτων, καί σε ζῶσαν ἀνέτεμον, οἴμοι, καὶ βλέπουσαν ὅλην τὴν ἀνατομὴν, ἀλλ' ὅτι σοῦ τῆς γαστρὸς τὰ μυστήρια ἐμέρισαν, καὶ τὴν ταφὴν κακοδαίμονι βωμῷ καὶ σορῷ, καὶ τὸ μὲν σῶμα ταύτῃ κατατέθεινται, τὰ δὲ σπλάγχνα πῦ; εἰ μὲν δεδαπανήκει τὸ πῦρ, ἧττων ἡ συμφορά· νῦν δὲ ἡ τῶν σπλάγχνων σου ταφὴ λῃστῶν γέγονε τροφή. ὦ πονηρᾶς ἐπὶ βωμοῦ δαδουχίας· ὦ τροφῶν καινὰ μυστήρια. καὶ ἐπὶ τοιούτοις θύμασιν ἔβλεπον ἄνωθεν οἱ θεοὶ, καὶ οὐκ

ſuper eo immolarem, accepto gladio perrexi: ac ſepulcro propior factus, eo educto: O miſera, inquam, Leucippe, mortaliumque omnium infeliciſſima! ego quidem certe non mortem iſtam tuam, non quod procul a domo tua, non quod violenta morte obieris, non quod tam ſaevi de te ludi facti ſint, fleo: ſed illud miſerrimum omnium me facit, quod impuriſſimorum latronum expiatio fueris, quod ii te vivam (me miſerum) gladiiſque mucronem in te defigi videntem diſſecuerint, quod occultiores uteri tui partes diviſerint, quod exſecrabilem aram, ac tumulum tibi erexerint. Atque hic quidem corpus tuum iacet, viſcera vero quem locum obtinent? Si ea igni conſumta fuiſſent, levior utique calamitas haec exiſtimari deberet: ſed cum eorum ſepulcrum latronum ingluvies facta ſit, quae malo huic infelicitas comparari poteſt? O diras altaris faces! o ciborum inauditum genus! Et Dii ſacrificia huiuſmodi e coelo ſpectarunt, & ignis ex-

ἐσβέσθη τὸ πῦρ· ἀλλὰ μιαινόμενον ἠνείχετο καὶ ἀνέφερε τοῖς θεοῖς τὴν κνίσσαν τὸ πῦρ; λάβε οὖν, Λευκίππη, τὰς πρεπούσας σοι παρ' ἐμοῦ χοάς.

ιζ'. Ταῦτ' εἰπὼν, ἀνατείνω τὸ ξίφος ἄνω, ὡς καθήσων ἐμαυτῷ κατὰ τῆς σφαγῆς· καὶ ὁρῶ δύο τινὰς ἐξ ἐναντίας (σεληναία δ' ἦν) σπουδῇ θέοντας. ἐπέσχον οὖν, ληστὰς εἶναι δοκῶν, ὡς ἂν ὑπ' αὐτῶν ἀποθάνοιμι. ἐν τούτῳ δὲ ἐγγὺς ἐγένοντο, καὶ ἀναβοῶσιν ἄμφω. Μενέλαος δὲ ἦν καὶ ὁ Σάτυρος. ἐγὼ δ' ἄνδρας ἰδὼν ἐκ παραλόγου ζῶντας καὶ φίλους, οὔτε περιεπτυξάμην, οὔτε ἐξεπλάγην ὑφ' ἡδονῆς. τοσοῦτον ἡ λύπη με τῆς συμφορᾶς ἐξεκώφωσεν [1]. Λαμβάνονται δή μου τῆς δεξιᾶς, καὶ ἐπεχείρουν ἀφαιρεῖσθαι τὸ ξίφος. ἐγὼ δέ· Πρὸς θεῶν, ἔφην, μή μοι φθονήσητε θανάτου καλοῦ, μᾶλλον δὲ φαρμάκου τῶν κακῶν. οὐδὲ γὰρ ζῆν

stinctus non est, sed foedatus ascendit, nidoremque Diis attulit! Tu vero, Leucippe, te dignas a me inferias cape.

XVII. Haec cum dixissem, gladiumque, ut in iugulum mihimet ipse demitterem, sustulissem, duos quosdam exadversum mihi, luna enim splendebat, ad me quam ocissime currentes prospexi. Continui me igitur, latrones illos esse ratus, ut ab iis interficerer. Interea propiores ambo facti sunt, & magna voce inclamarunt. Erant ii Satyrus, & Menelaus. Ego, tametsi mihi amicos homines vivos insperato viderem, tamen tantum abfuit, ut illos amplexarer, ut nullam etiam ex eorum adspectu voluptatem caperem: ita me de statu mentis deiecerat acerbitas infortuniorum. Illi, dextera manu mihi apprehensa, gladium eripere tentaverunt. Verum ego: Ne per Deos, inquam, praeclaram hanc mihi mortem, aut malorum

1 Ἐξεκώφωσεν) Ita corrigendum statuit Salmasius, cum antea sine idoneo sensu legeretur ἐξεκούφισεν.

ἔτι δύναμαι, κἂν νῦν με βιάσησθε, Λευκίππης οὕτως ἀνηρημένης. τοῦτο μὲν γὰρ ἀφαιρήσεσθέ μου τὸ ξίφος, τὸ δὲ τῆς ἐμῆς λύπης ξίφος ἔνδον καταπέπηγε καὶ τέμνει κατ' ὀλίγον. ἀθανάτῳ σφαγῇ ἀποθνήσκειν με βούλεσθε; Λέγει οὖν ὁ Μενέλαος· Ἀλλ' εἰ διὰ τοῦτο θέλεις ἀποθανεῖν, ὥρα σοι τὸ ξίφος ἐπισχεῖν· Λευκίππη δέ σοι ἀναβιώσεται. Βλέψας οὖν εἰς αὐτὸν, Ἔτι μου καταγελᾷς, ἔφην, ἐπὶ τηλικούτῳ κακῷ; εὖγε, Μενέλαε, ξενίου μέμνησαι Διός. Ὁ δὲ κρούσας τὴν σορόν· Ἐπεὶ τοίνυν ἀπιστεῖ Κλειτοφῶν, ἔφη, σύ μοι Λευκίππη μαρτύρησον, εἰ ζῇς. Ἅμα δὲ εἶπεν, καὶ δίς που καὶ τρὶς ἐπάταξε τὴν σορὸν, καὶ κάτωθεν ἀκούω φωνῆς πάνυ λεπτῆς. τρόμος οὖν εὐθὺς ἴσχει με, καὶ πρὸς τὸν Μενέλαον ἀπέβλεπον, μάγον εἶναι δοκῶν. ὁ δὲ ἤνοιγεν ἅμα τὴν σορὸν, καὶ ἡ

potius medelam, invideatis: neque enim, Leucippe hoc pacto amissa, etsi nunc me maxime cogatis, vivere amplius queam. Gladium certe hunc ipsi e manibus meis evelletis: sed moeroris aculeus intus ad vivum desedit, ac nonnihil iam penetravit. Immortaline vulneratione vos mori me vultis? Tum Menelaus: Si nullam aliam ob causam mortem tibi consciscere vis, gladium, Hercule, abiicere potes. Nam Leucippe viva nunc tibi aderit. Ipse autem, coniectis in eum oculis: Atqui tu quoque, inquam, tantis conflictatum malis irrides? Ah saltem sis memor hospitalis Iovis. Tum ille, impulso tumulo: Agedum tu, inquit, Leucippe, an vivas, testare: quandoquidem nullam Clitophon mihi fidem habet. Vix autem loqui desierat, cum urnam bis terve percussit, exilisque admodum ab ea proveniens vox mihi audita est. Itaque subito tremore occupatus, oculos in Menelaum conieci, magicae artis peritum eum ratus. Ille urnam detexit, ac

Λευκίππη κάτωθεν ἀνέβαινεν, φοβερὸν θέαμα, ὦ θεοὶ, καὶ φρικωδέστατον. ἀνέῳκτο μὲν αὐτῆς ἡ γαστὴρ πᾶσα, καὶ ἦν ἐντέρων κενή· ἐπιπεσοῦσα δέ μοι περιπλέκεται, καὶ συνέφυμεν, καὶ ἄμφω κατεπέσαμεν.

ιή. Μόλις οὖν ἀναζωπυρίσας λέγω πρὸς τὸν Μενέλαον· Οὐκ ἐρεῖς μοι, τί ταῦτα; οὐχὶ Λευκίππην ὁρῶ; ταύτης οὐ κρατῶ, καὶ οὐκ ἀκούω λαλούσης; ἃ οὖν χθὲς ἐθεασάμην, τίνα ἦν; ἢ γὰρ ἐκεῖνά ἐστιν, ἢ ταῦτα ἐνύπνια. ἀλλ' ἰδοὺ καὶ φίλημα ἀληθινὸν καὶ ζῶν, ὡς κἀκεῖνο τὸ τῆς Λευκίππης γλυκύ. Ἀλλὰ νῦν μὲν, ὁ Μενέλαος ἔφη, καὶ τὰ σπλάγχνα ἀπολήψεται, καὶ τὰ στέρνα συμφύσεται, καὶ ἄτρωτον ὄψει. ἀλλ' ἐπικάλυψαί σου πρόσωπον. καλῶ γὰρ τὴν Ἑκάτην ἐπὶ τὸ ἔργον. Ἐγὼ δὲ πιστεύσας, ἐνεκαλυψάμην. ὁ δὲ ἄρχεται τερατεύεσθαι, καὶ λόγον τινὰ καταλέγειν.

ſtatim Leucippe quam terribili ſane horrendoque adſpectu, a ſummo enim ad imum diſſectus, ac viſceribus vacuus ei venter erat, prodiit, ſeſeque in me reiiciens, me complexa eſt, & ego illam contra: itaque ambo concidimus.

XVIII. Vix autem me ipſe collegeram, cum ad Menelaum converſus: Quid cauſae, inquam, eſt, quamobrem mihi, quo modo haec ſe habeant, non expedis? Nonne quam video, quam teneo, quam loquentem audio, Leucippe eſt? Cuiuſmodi ergo fuerunt, quae heſterna die proſpexi? Sane aut illud, aut hoc ſomnium eſt: ſed oſculum & verum eſt, & vivum, &, quale a Leucippe olim dabatur, ſuave. Tum ille: Atqui viſcera quoque, inquit, iamiam recuperabit, pectoriſque vulnus coaleſcet, & illaeſam videbis. Tu faciem vela: Proſerpinam enim ad id invoco. Itaque, fidem homini habens, feci. Ille autem inaudita quaedam facere & loqui coepit: atque inter lo-

ἅμα λέγων περιαιρεῖ τὰ μαγγανεύματα τὰ ἐπὶ τῇ γαστρὶ τῆς Λευκίππης, καὶ ἀποκατέστησεν εἰς τὸ ἀρχαῖον. λέγει δέ μοι· Ἀποκάλυψαι. Κἀγὼ μόλις μὲν, καὶ φοβούμενος, ἀληθῶς γὰρ ᾠμην τὴν Ἑκάτην παρεῖναι, ὅμως δ' οὖν ἀπέστησα τῶν ὀφθαλμῶν τὰς χεῖρας, καὶ ὁλόκληρον τὴν Λευκίππην ὁρῶ. ἔτι μᾶλλον οὖν ἐκπλαγεὶς, ἐδεόμην Μενελάου, λέγων· Ὦ φίλτατε Μενέλαε, εἰ διάκονος θεοῦ τινος εἶ, δέομαί σου, ποῖ γῆς εἰμι, καὶ τί ποτε ταῦτα ὁρῶ; Καὶ ἡ Λευκίππη· Παῦσαι, ἔφη, Μενέλαε, δεδιττόμενος αὐτόν· λέγε δὲ, πῶς τοὺς λῃστὰς ἠπάτησας.

ιθ'. Ὁ οὖν Μενέλαος λέγει· Οἶδας, ὡς Αἰγύπτιός εἰμι τὸ γένος· Φθάνω γάρ σοι ταῦτα εἰπὼν ἐπὶ τῆς νεώς. ἦν οὖν μοι τὰ πλεῖστα τῶν κτημάτων περὶ ταύτην τὴν κώμην, καὶ οἱ ἄρχοντες αὐτῆς γνώριμοι. ἐπεὶ οὖν τῇ ναυαγίᾳ περιεπέσαμεν, εἶτά με προσέρρι-

quendum, quae Leucippes ventri ad fallendos latrones adaptaverant, detraxit, prioremque illi formam reddidit: deinde reſpicere me iuſſit. Tum ego (vix quidem, ac ſane magno cum timore: Proſerpinam enim vere adeſſe putabam) faciem revelavi, Leucippenque invulneratam vidi: eoque maiorem etiam in modum admiratus: Si Dei alicuius, Menelaë cariſſime, inquam, adminiſter es, ubinam, rogo te, gentium ſumus? quid ſibi haec volunt, quae cerno? Leucippe quoque, Hominem, inquit, Menelaë, fruſtrari amplius noli: ſed quo pacto latronibus impoſueris, iam tandem expone.

XIX. Tum Menelaus: Aegyptium, inquit, me, Clitophon, eſſe non ignoras: id quod ex me antea, in navi cum eſſemus, audiviſti. Praediorum meorum pars maior prope pagum hunc eſt: cuius cum praefectis nonnullus mihi uſus intercedit. Cum igitur naufragium feciſſemus,

ψε τὸ κῦμα τοῖς Αἰγύπτου παραλίοις. λαμβάνομαι μετὰ τοῦ Σατύρου πρὸς τῶν ταύτην παραφυλασσόντων λῃστῶν. ὡς δὲ ἄγομαι πρὸς τὸν λῃσταρχον, ταχύ με τῶν λῃστῶν τινες γνωρίσαντες, λύουσι τὰ δεσμὰ, θαῤῥεῖν τε ἐκέλευον, καὶ συμπονεῖν αὐτοῖς, ὡς ἂν οἰκεῖον. ἐξαιτοῦμαι δὴ καὶ τὸν Σάτυρον ὡς ἐμόν. οἱ δὲ Ἀλλ' ὅμως, ἔφησαν, ἐπίδειξαι ἡμῖν σεαυτὸν τολμηρὸν πρῶτον. καὶν τούτῳ χρησμὸν ἴσχουσιν κόρην καταθῦσαι καὶ καθᾶραι τὸ λῃστήριον, καὶ τοῦ μὲν ἥπατος ἀπογεύσασθαι τυθείσης, τὸ δὲ λοιπὸν σῶμα σορῷ παραδόντας ἀναχωρεῖν, ὡς ἂν τὸ τῶν ἐναντίων στρατόπεδον ὑπερβάλλοι τῆς θυσίας τὸν τρόπον. Λέγε δὴ τὰ ἐπίλοιπα, Σάτυρε· σὸς γὰρ ἐντεῦθεν ὁ λόγος.

κ'. Καὶ ὁ Σάτυρος λέγει· Ἅμα δὲ βιαζόμενος ἐπὶ τὸ στρατόπεδον, ἔκλαιον, ὦ δέσποτα, καὶ ὠδυρόμην, τὰ περὶ τῆς Λευκίππης πυθόμενος, καὶ ἐδεόμην Μενε-

ad Aegypti litora me tandem fluctus eiecit. Qui latrones ei pago praesidio fuerant, me cum Satyro ceperunt. Perductum autem ad eorum ducem nonnulli ex eis mei cognitores vinculis detractis solverunt, & bono animo esse, sibique, uti amicum, in eorum rebus agendis auxilium ferre iusserunt. Tunc ego Satyrum quasi meum reddi mihi poposci. At illi: Audacem, inquiunt, nobis te primum ostende. Interea responsum iis ab oraculo redditum fuit, ut virginem immolarent, & suum ipsorum agmen expiarent, immolataeque iecinore degustato, ac reliquo corpore in lectulum dato, recederent: ut sacrificii genus hostium exercitum obstupefaceret. Quae reliqua sunt, tu, Satyre, commemorato.

XX. Ac tum Satyrus: Cum ad exercitum captivus, inquit, ductus, & de Leucippes infortunio certior factus essem, vicem illius dolens, o here, flebam, Menelaum-

λάου παντὶ τρόπῳ σῶσαι τὴν κόρην. δαίμων δέ τις ἀγαθὸς ἡμῖν συνήργησεν. ἐτύχομεν τῇ προτεραίᾳ τῆς θυσίας ἡμέρᾳ καθεζόμενοι πρὸς τῇ θαλάττῃ λυπούμενοι, καὶ περὶ τούτων σκοπούντες· τῶν δὲ λῃστῶν τινες ναῦν ἰδόντες ἀγνοίᾳ πλανηθεῖσαν, ὥρμησαν ἐπ' αὐτήν. οἱ δὲ ἐπὶ τῆς νεὼς συνέντες οἱ τυγχάνουσιν, ἐπεχείρουν ἐλαύνειν εἰς τοὐπίσω. ὡς δὲ φθάνουσιν οἱ λῃσταὶ καταλαβόντες, πρὸς ἄμυναν τρέπονται. καὶ γάρ τις ἐν αὐτοῖς ἦν τῶν τὰ τοῦ Ὁμήρου τῷ στόματι [1] δεικνύντων ἐν τοῖς θεάτροις. τὴν Ὁμηρικὴν σκευὴν ὁπλισάμενος τε αὐτὸς, καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτὸν οὕτω σκευάσας, ἐπεχείρουν μάχεσθαι. πρὸς μὲν οὖν τοὺς πρώτους ἐπελθόντας, καὶ μάλα ἐρρωμένως ἀντετάξαντο. πλειόνων δὲ ἐπιπλευσάντων σκαφῶν λῃστρικῶν καταδύουσιν τὴν ναῦν, καὶ τοὺς ἄνδρας ἐκπεσόντας ἀνήρουν. λανθάνει δὴ κίστη ἐκταπεῖσά τις, καὶ τῷ ναυαγίῳ

que, ut eam omnino ſervaret, obteſtabar. Qua in re propitius neſcio quis Deus nobis auxilio fuit. Pridie enim, quam ſacrificium fieret, in litore moeroris pleni, atque iis de rebus ſolliciti, conſederamus. Latrones autem aliquot, navem locorum inſcitia errantem conſpicati, in eam impetum fecerunt. Qui in ea erant, cognitis latronibus, retrocedere tentaverunt: ſed cum latrones eos praevertendo deprehendiſſent, ad reſiſtendum ſeſe converterunt. Ea porro navi unus quidam ex iis, qui Homeri poëmata in theatris recitant, vehebatur. Is cum ſe, tum eos, quos ſecum ducebat, eo habitu, quo in edendis Homeri poëmatis uti conſueverat, adornans, pugnandi initium fecit, primiſque graſſatoribus perquam ſtrenue reſtitit. Sed cum plures alii latronum myoparones ſuperveniſſent, & navis demerſa eſt, & egreſſi ex ea viri interemti. Tum vero ciſtam quandam, inſciis illis elapſam, una cum fractae

1 Τῷ στόματι aut omnino delendum, aut mutandum in τῷ σχήματι.

καθ' ἡμᾶς τῷ ῥοῖ κομισθεῖσα, ἣν ὁ Μενέλαος ἀναιρεῖται, καὶ ἀναχωρήσας ποῖ παρόντος ἅμα καὶ μοῦ, (προσεδόκα γάρ τι σπουδαῖον ἔνδον εἶναι,) ἀνοίγει τὴν κίστην. καὶ ὁρῶμεν χλαμύδα καὶ ξίφος τὴν μὲν κώπην ὅσον παλαιστῶν τεσσάρων, τὸν δὲ σίδηρον ἐπὶ τῇ κώπῃ βραχύτατον, δακτύλων ὅσον οὐ πλείω τριῶν. ὡς δὲ ἀνελόμενος τὸ ξίφος ὁ Μενέλαος ἔλαθεν μεταστρέψας, καὶ τὸ τοῦ σιδήρου μέρος, τὸ μικρὸν ἐκεῖνο ξίφος, ὥσπερ ἀπὸ χηραμοῦ τῆς κώπης κατατρέχει τοσοῦτον, ὅσον εἶχεν ἡ κώπη τὸ μέγεθος. ὡς δὲ ἀνέστρεψεν εἰς τοὔμπαλιν, αὖθις ὁ σίδηρος εἴσω καταδύεται. τούτῳ δ' ἄρα, ὡς εἰκὸς, ὁ κακοδαίμων ἐκεῖνος ἐν τοῖς θεάτροις ἐχρῆτο πρὸς τὰς κιβδήλους σφαγάς.

κά. Λέγω οὖν πρὸς τὸν Μενέλαον· Θεὸς ἡμῖν, ἂν θέλῃς χρηστὸς γενέσθαι, συναγωνίσεται. δυνησόμεθα γὰρ καὶ τὴν κόρην σῶσαι, καὶ τοὺς λῃστὰς λα-

navis parte fluctus ad nos detulerunt. Eam Menelaus sustulit, ac nescio quo secedens, me praesente, qui non vulgare aliquid in ea contineri putabam, aperuit: chlamydemque ac cultrum, cuius manubrium palmos quatuor, ferrum vero digitos non amplius tres longum erat, invenimus. Cultrum hunc Menelaus cum inscienter torsisset, e capulo, tanquam ex antro, ferri pars tanta prodiit, quanta capuli longitudo fuerat; cumque in contrariam rursum partem torsisset, ferrum pariter intus occultatum est. Eiusmodi ferro miserum illum hominem in theatris ad fictas vulnerationes uti consuevisse credibile est.

XXI. Quamobrem ad Menelaum conversus: Si strenuam, inquam ego, nunc operam navare volueris, auxilium nobis Deus feret: nosque puellam servare, & a latronibus minime deprehendi poterimus. Quo autem id

θεῖν. ἄκουσον δὲ, πείῳ τρόπῳ. δέρμα προβάτου λαβόντες ὡς ὅτι ῥαδινώτατον συῤῥάψωμεν εἰς σχῆμα βαλαντίου μέτρον ὅσον γαστρὸς ἀνθρωπίνης, εἶτα ἐμπλήσαντες θηρίων σπλάγχνων καὶ αἵματος, τὴν πλαστὴν ταύτην γαστέρα ῥάψωμεν, ὡς μὴ ῥαδίως τὰ σπλάγχνα διαπίπτοι, καὶ ἐνσκευάσαντες τῇ κόρῃ τοῦτον τὸν τρόπον, καὶ στολὴν ἔξωθεν περιβαλόντες μίτραις τε καὶ ζώσμασιν ἐνδεδυμένην τὴν σκευὴν ταύτην ἐπικρύψωμεν. πάντως δὲ καὶ ὁ χρησμὸς ἡμῖν εἰς τὸ λαθεῖν χρήσιμος [καὶ ὁ σίδηρος]. καὶ γὰρ αὐτὴν ἐσταλμένην διὰ ταύτης ἀνατμηθῆναι μέσην τῆς ἐσθῆτος λέγει ὁ χρησμός. ὁρᾷς τοῦτο τὸ ξίφος, ὡς ἔχει μηχανῆς. ἂν γὰρ ἐρείσῃ τις ἐπί τινος σώματος, φεύγει πρὸς τὴν κώπην, ὥσπερ εἰς κουλεόν. καὶ οἱ μὲν ὁρῶντες δοκοῦσιν βαπτίζεσθαι τὸν σίδηρον κατὰ τοῦ σώματος· ὁ δὲ εἰς τὸν χηραμὸν τῆς κώπης ἀνέθορεν, μόνην δὲ καταλείπει τὴν αἰχμὴν, ὅσον τὴν πλαστὴν γαστέρα τε-

pacto fieri poſſit, accipe. Ovillum corium quam ſubtiliſſimum in ſacculi formam pro humani ventris magnitudine conſuemus, deinde ferae alicuius extis, ac ſanguine refertum hunc artificioſe factum uterum accommodabimus ita, ut exta non facile delabantur. Hunc in modum adornata puella, ſtolaque ſuperimpoſita, mitris deinde ac vittis additis, apparatum iſtum occultabimus. Cui ſane rei percommodum oraculum eſt, a quo reſponſum fuit, ut puella adornata cum veſte ipſa per medium ſecetur, ipſumque hoc ferrum. Tu cultrum hunc ea fabrefactum arte vides, ut, ſi quis aliquod in corpus defigere velit, eius ferrum intra capulum, tanquam intra vaginam, recurrat, iis, qui ſpectant, in corpus illud mergi exiſtimantibus, cum tamen in manubrii latebra recondatur, nec amplius exſtet, quam quantum ſatis ſit ad fictitium ute-

μεῖν, καὶ τὴν κώπην ἐν χρῷ τοῦ σφαζομένου τυχεῖν. κἂν ἀποσπάσῃ τις τὸν σίδηρον ἐκ τοῦ τραύματος, καταρρεῖ πάλιν ἐκ τοῦ χηραμοῦ τὸ ξίφος, ὅσον τῆς κώπης ἀνακουφίζεται τὸ μετέωρον, καὶ τὸν αὐτὸν τρόπον τοὺς ὁρῶντας ἀπατᾷ. δοκεῖ γὰρ τοσοῦτον καταβαίνειν τῇ σφαγῇ, ὅσον ἄνεισιν ἐκ τῆς μηχανῆς. τούτων οὖν γενομένων, οὐκ ἂν ἴδοιεν οἱ λῃσταὶ τὴν τέχνην. τά τε γὰρ δέρματα ἀποκέκρυπται, τά τε σπλάγχνα τῇ σφαγῇ ἀποπηδήσεται· ἅπερ ἡμεῖς ἐξελόντες ἐπὶ τῷ βωμῷ θήσομεν. καὶ τότε ἐντεῦθεν οὐκέτι προσίασιν οἱ λῃσταὶ τῷ σώματι, ἀλλ' ἡμεῖς εἰς τὴν σορὸν καταβήσομεν. ἀκήκοας τοῦ λῃστάρχου μικρῷ πρόσθεν εἰπόντος, δεῖν τολμηρὸν ἐπιδείξασθαι πρὸς αὐτούς· ὥστε ἐστί σοι προσελθεῖν αὐτῷ καὶ ὑποσχέσθαι ταύτην τὴν ἐπίδειξιν. Ταῦτα λέγων, ἐδεόμην Δία ξένιον καλῶν, καὶ κοινῆς ἀναμιμνήσκων τραπέζης καὶ χρηστῆς, καὶ κοινῆς ναυαγίας.

rum ſecandum, ſed pellem capulus ipſe contingat. Quod ſi quis e vulnere gladium extrahat, tantum pariter ferri excurrit, quantum ſublatus capulus emittit: illoque modo ſpectantium oculos fallit, arbitrantibus iis, illud totum, quod e manubrio exſtabat, in corpus defixum fuiſſe. Haec ſi fiant, latrones artificium cognoſcere nequibunt: nam & corium tectum erit, & exta facto vulnere deſilient: quae nos excipientes arae imponemus. Nec vero ad cadaver eo tempore latrones accedent: verum nos in tumulo collocabimus. Latronum ſane principem paulo ante ipſe dicentem audiviſti, audacter factum aliquid ſibi a nobis oſtendi oportere. Licet itaque hominem te adire, paratumque ad id eſſe te polliceri. Quae cum dixiſſem, preces etiam addidi, hoſpitalem Iovem invocans, communiſque & benignae menſae & naufragii mentionem faciens.

κβ'. Ὁ δὲ χρηστὸς οὗτος· Μέγα μὲν, ἔφη, τὸ ἔργον, ἀλλ' ὑπὲρ φίλου καὶ ἀποθανεῖν δεήσει, γλυκὺς ὁ θάνατος. νομίζω δὲ, ἔφη, ζῆν καὶ Κλειτοφῶντα. ἥ τε γὰρ κόρη πυθομένῳ μοι καταλιπεῖν αὐτὸν εἶπεν παρὰ τοῖς ἑαλωκόσι τῶν λῃστῶν δεδεμένον· εἰ δὲ τῶν λῃστῶν πρὸς τὸν λῃσταρχον ἐκφυγόντες ἔλεγον, πάντας μὲν τοὺς ὑπ' αὐτῶν εἰλημμένους τὴν εἰς τὸ στρατόπεδον μάχην ἐκπεφυγέναι· ὥστε ἀποκείσεταί σοι παρ' αὐτῷ ἡ χάρις, καὶ ἅμα ἐλεῆσαι κόρην ἀθλίαν ἐκ τοσούτου κακοῦ. Ταῦτα λέγων πείθω, καὶ συνέπραξεν ἡ τύχη. ἐγὼ μὲν οὖν περὶ τὴν τοῦ μηχανήματος ἦμην σκευήν. Ἄρτι δέ που Μενελάου μέλλοντος τοῖς λῃσταῖς περὶ τῆς θυσίας λέγειν, ὁ λῃσταρχος Θόας κατὰ δαίμονα· Νόμος ἡμῖν ἐστιν, ἔφη, τοὺς πρωτομύστας τῆς ἱερείας ἄρχεσθαι, μάλιστα ὅτ' ἂν ἄνθρωπον κα-

XXII. Tum vero bonus hic vir: Magnum id, inquit, facinus eſt: ſed amici cauſa mortem ſubire oportet, & grata eiuſmodi mors. Atque ego rurſum, Clitophontem quidem, inquam, vivere adhuc exiſtimo: roganti enim mihi Leucippe illum inter captivos vinctum reliquiſſe affirmavit. Duci praeterea ſuo a latronibus fuga elapſis renuntiatum eſt, captivos omnes, dum pugnaretur, ad hoſtes tranſiviſſe. Magnam itaque ab eo gratiam inibis, ac miſeram hanc puellam tot ex malis eripies. Hac oratione homini perſuaſi: nec fortunae deinceps favor defuit. Enimvero in iis, quae ad noſtrum hoc cogitatum perficiendum opus erant, comparandis occupabar. Menelaus autem cum iam latrones, ut de ſacrificio cum iis verba faceret, conveniſſet, eorum princeps, ita volente Deo, antevertit: Atque noſtris, inquit, legibus cavetur, ut, qui nuperrime ſunt initiati, ſacrificium auſpicentur, praeſer-

ταῦύειν δέῃ. ὥρα τοίνυν εἰς αὔριόν σοι παρασκευάζεσθαι πρὸς τὴν θυσίαν· δεήσει δὲ καὶ τὸν σὸν οἰκέτην ἅμα σοι μυηθῆναι. Καὶ μάλα, οὗτος ἔφη, προθυμησόμεθα μηδενὸς ὑμῶν χείρους γενέσθαι. Στεῖλαι δὲ ὑμᾶς αὐτοὺς δεήσει τὴν κόρην, ὡς ἁρμοδίως πρὸς τὴν ἀνατομὴν ὑμῶν, ὁ λήσταρχος ἔφη, τὸ ἱερεῖον. Στέλλομεν δὴ τὴν κόρην τὸν προειρημένον τρόπον καθ' ἑαυτούς, καὶ θαῤῥεῖν παρεκελευσάμεθα, διεξελθόντες ἕκαστα, καὶ ὡς μένειν εἴσω τῆς σοροῦ χρὴ, κἂν θᾶττον αὐτὴν ὁ ὕπνος ἀφῇ, τὴν ἡμέραν ἔνδον μένειν. εἰ δέ τις ἡμῶν ἐκποδὼν γένηται, σῶζε σεαυτὴν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον. Ταῦτα εἰπόντες, ἐξάγομεν αὐτὴν ἐπὶ τὸν βωμόν· καὶ τὰ λοιπὰ οἶδας.

κγ'. Ὡς οὖν ἤκουσα, παντοδαπὸς ἐγιγνόμην, καὶ διηπόρουν ὅ, τι ποιήσω πρὸς τὸν Μενέλαον ἀντάξιον.

tim cum hominem immolare oportet. Itaque divinam ad rem faciendam te in craſtinum comparato: ſervum vero etiam tuum inſtrui, tecum operari neceſſarium erit. Tum Menelaus: Enitemur, inquit, ut nos quoquam e vobis inferiores non eſſe intelligatis. Atqui muneris quoque, inquit ille, veſtri erit, puellam ita conſtituere, ut apte ſecari poſſit. Leucippen igitur ſoli ipſi, quemadmodum antea propoſitum fuerat, adornavimus, bonoque animo eſſe iubentes de omnibus praemonuimus, oportere ſcilicet ſe tumulum ingredi, atque in eo interdiu etiam, quamvis ſomno ſolveretur, permanere: in idque animum intendere, ut, ſi noſtrûm aliquis receſſiſſet, ad latronum hoſtes tranſitione facta ſe ipſam ſervaret. Quae cum dixiſſemus, puellam ad aram duximus. Reliqua tumet vidiſti.

XXIII. Hac oratione varias mihi animus in partes diſtrahebatur: neque, quid agerem, quo Menelao parem collatis in me beneficiis gratiam referrem, ſciebam. Ita-

τὸ δ' οὖν κοινότατον, προσπεσὼν κατησπαζόμην, καὶ προσεκύνουν ὡς θεὸν, καί μου κατὰ τὴν ψυχὴν ἀθρόα κατεχεῖτο ἡδονή. Ὡς δὲ τὰ κατὰ Λευκίππην εἶχέ μοι καλῶς· Ὁ δὲ Κλεινίας, εἶπον, τί γέγονεν; Ὁ δὲ Μενέλαος· Οὐκ οἶδα, ἔφη. μετὰ γὰρ τὴν ναυαγίαν, εὐθὺς εἶδον μὲν αὐτὸν τῆς κεραίας λαβόμενον· ὅποι δὲ κεχώρηκεν, οὐκ οἶδα. Ἀνεκώκυσα οὖν ἐν μέσῃ τῇ χαρᾷ· ταχὺ γὰρ ἐφθόνησέ μοι δαίμων τις τῆς καθαρᾶς ἡδονῆς· τὸν δ' ἐμὲ φαινόμενον οὐδαμοῦ, τὸν μετὰ Λευκίππην ἐμὸν δεσπότην, τοῦτον ἐκ πάντων κατέσχεν ἡ θάλασσα, ἵνα μὴ τὴν ψυχὴν μόνον ἀπολέσῃ, ἀλλὰ καὶ τὴν ταφήν. ὦ θάλαττα ἀγνώμων, ἐφθόνησας ἡμῖν ὁλοκλήρου τοῦ τῆς φιλανθρωπίας σου δράματος. Ἄπιμεν οὖν εἰς τὸ στρατόπεδον κοινῇ, καὶ τῆς σκηνῆς εἴσω παρελθόντες τῆς ἐμῆς, τὸ λοιπὸν τῆς νυκτὸς

que, quod vulgo fieri ſolet, ad illius pedes proſtratus, hominem amplectebar, & veluti numen quoddam adorabam, cum inexhauſta interim voluptas animum meum perfudiſſet. Poſteaquam rem, quod Leucippen attinebat, in tuto eſſe vidi, quid de Clinia factum eſſet, rogavi. Melaus autem: fracta illum navi antennae adhaerentem vidiſſe; verum quo deinceps delatus fuiſſet, ignorare omnino ſe, reſpondit. Quamobrem in ipſo laetitiae medio non potui non contriſtari, (forte autem ſolidum hoc mihi gaudium evenire Deus aliquis noluit) mea cauſa eveniſſe, ut quem ſecundum Leucippen maxime omnium obſervabam, is nullibi reperiretur, ſed ſolus ex omnibus maris ſaevitiam expertus fuiſſet, quo non modo anima, verum etiam ſepulcro careret. O infidum mare! tu integrum nobis benignitatis tuae fructum invidiſti. Ceterum inde digreſſi ad exercitum una profecti ſumus, meoque in tentorio noctis

διετρίψαμεν, καὶ τὸ πρᾶγμα οὐκ ἔλαθε τοὺς πολλούς.

κδ'. Ἅμα δὲ τῇ ἕῳ, ἄγω τὸν Μενέλαον τῷ στρατηγῷ, καὶ πάντα λέγω. ὁ δὲ συνήδετο, καὶ τὸν Μενέλαον ποιεῖται Φίλον. πυνθάνεται δὲ, πόση δύναμίς ἐστι τοῖς ἐναντίοις. ὁ δὲ ἔλεγεν, πᾶσαν ἐμπεπλῆσθαι τὴν ἑξῆς κώμην ἀνδρῶν ἀπονενοημένων, καὶ πολὺ συνηθροῖσθαι λῃστήριον, ὡς εἶναι μυρίους. Λέγει οὖν ὁ στρατηγός· Ἀλλ' ἡμῖν αὗται πέντε χιλιάδες ἱκαναὶ πρὸς εἴκοσι τῶν ἐκείνων. ἀφίξονται δὲ ὅσον οὐδέπω πρὸς τούτοις ἕτεροι δισχίλιοι τῶν ἀμφὶ τὸ Δέλτα καὶ τὴν ἡλίου πόλιν τεταγμένων ἐπὶ τοὺς βαρβάρους. Καὶ ἅμα λέγοντος αὐτοῦ, παῖς εἰστρέχει τις, λέγων, ἀπὸ τοῦ Δέλτα πρόδρομον ἥκειν τοῦ κεῖθεν στρατοπέδου, καὶ πέντε λέγειν ἄλλων ἡμερῶν διατρίβειν τοὺς δισχιλίους· τοὺς γὰρ βαρβάρους τοὺς κατατρέχοντας πε-

reliquum tranſegimus. Facti autem illius fama late diſſeminata eſt.

XXIV. Ubi dies illuxit, Menelaum ad Charmidem duxi, remque omnem expoſui. Qui ea delectatus, Menelaum in amicitiam recepit, ac de adverſariorum numero percontatus eſt. Menelaus, vicinum illum pagum improbis hominibus plenum eſſe, latroneſque perquam frequentes, ut iam decem millium numerum implerent, conveniſſe dixit. Tum Charmides: Atqui millia quinque haec noſtra, inquit, viginti eorum facile obſiſtere poterunt: quamquam non ita multo poſt alia duo aderunt ex iis, qui regionem, quam Delta vocant, ac Heliopolin, a barbarorum excurſionibus tuentur. Interea dum Charmides haec narraret, puer neſcio quis ingreſſus, nuntium exercitus a regione Delta adeſſe ſignificavit, referentem, ea militum millia duo quinque adhuc dies tardatura: Barbaros quidem certe incurſionibus modum feciſſe: verum cum

παῦσθαι· μελλούσης δὲ ἥκειν τῆς δυνάμεως, τὸν ὄρνιν αὐτοῖς ἐπιδημῆσαι τὸν ἱερὸν, φέροντα τοῦ πατρὸς τὴν ταφήν. ἀνάγκαι δ' ἦσαν τοσούτων ἐπισχεῖν τὴν ἔξοδον ἡμερῶν.

κε'. Καί· Τίς ὁ ὄρνις οὗτος ὅς τις τοσαύτης, ἔφην, τιμῆς ἠξίωται; ποίαν δὲ καὶ κομίζει ταφήν; Φοῖνιξ μὲν ὁ ὄρνις ὄνομα· τὸ δὲ γένος Αἰθίοψ, μέγεθος κατὰ ταῶνα, τὴν χροιὰν ταὼς ἐν κάλλει δεύτερος. κεκέρασται μὲν τὰ πτερὰ χρυσῷ καὶ πορφύρᾳ· αὐχεῖ δὲ τὸν ἥλιον δεσπότην, καὶ ἡ κεφαλὴ μαρτυρεῖ. ἐστεφάνωσε γὰρ αὐτὴν κύκλος εὐφυής. ἡλίου δέ ἐστιν ὁ τοῦ κύκλου στέφανος εἰκών. κυάνεός ἐστιν, ῥόδοις ἐμφερὴς, εὐειδὴς τὴν θέαν· ἀκτῖσι κομᾷ· καί εἰσιν αὗται πτερῶν ἀνατολαί· μερίζονται δὲ αὐτοῦ, Αἰθίοπες μὲν τὴν ζωὴν, Αἰγύπτιοι δὲ τὴν τελευτήν. ἐπειδ' ἂν γὰρ ἀποθάνῃ, (σὺν χρόνῳ δὲ τοῦτο πάσχει μακρῷ,) ὁ παῖς αὐτὸν ἐπὶ

iter cohortes facturae essent, sacrum volucrem patris sepulcrum ferentem iis appropinquasse: ac propterea tantum temporis profectionem differre coactas fuisse.

XXV. Tum ego: Quisnam hic, inquam, volucris est, cui honoris tantum tribuitur? aut quodnam sepulcrum gestat? Volucri nomen, inquiunt, Phoenix est. Atque apud Aethiopes nascitur, pavonis magnitudine, atque colore; sed pulchritudine pavo secundus. Pennas auro & purpura interpictas habet, solisque se avem esse gloriatur: id quod caput eius testatum facit. Nam ingeniosissime factam coronam sustinet, cuius orbis imaginem Solis refert. Colore caeruleo est, rosea facie, adspectu iucundo, radiis proiectis: pennae enim extensae radios imitantur. Ea vero conditione est, ut vivo Aethiopes, mortuo Aegyptii potiantur. Cum primum enim vitam cum morte commutavit, quae res non nisi longum post tem-

τὸν Νεῖλον φέρει, σχεδιάσας οὕτω καὶ τὴν ταφήν. σμύρνης γὰρ βῶλον τῆς εὐωδεστάτης, ὅσον ἱκανὸν πρὸς ὄρνιθος ταφὴν, ὀρύττει τε τῷ στόματι, καὶ κοιλαίνει κατὰ μέσον, καὶ τὸ ὄρυγμα θήκη γίνεται τῷ νεκρῷ. ἐνθεὶς δὲ καὶ ἐναρμόσας τὸν ὄρνιν τῇ σορῷ, φέρει καὶ εἰς τὸ χάσμα γηΐνῳ χώματι ἐπὶ τὸν Νεῖλον. οὕτως ἵπταται τὸ ἔργον φέρων. ἕπεται δὲ αὐτῷ χορὸς ἄλλων ὀρνίθων ὥσπερ δορυφόρων, καὶ ἔοικεν ὁ ὄρνις ἀποδημοῦντι βασιλεῖ, καὶ τὴν πόλιν οὐ πλανᾶται τὴν ἡλίου. ὄρνιν ἴδιος αὕτη μετοικία νεκροῦ. ἕστηκεν οὖν ἐπὶ μετεώρου σκοποῦ, καὶ ἐκδέχεται τοὺς προπόλους τοῦ θεοῦ. ἔρχεται δή τις ἱερεὺς Αἰγύπτιος βιβλίον ἐξ ἀδύτων φέρων, καὶ δοκιμάζει τὸν ὄρνιν ἐκ τῆς γραφῆς. ὁ δὲ οἶδεν ἀπιστούμενος, καὶ τὰ ἀπόῤῥητα φαίνει τοῦ σώματος, καὶ τὸν νεκρὸν ἐπιδείκνυται, καὶ ἔστι ἐπιτάφιος

pus fit, eum filius ad Nilum flumen defert, ſepulcrumque illi huiuſmodi conſtruit. Odoratiſſimae enim myrrhae tantum ſumit, quantum ad cadaver includendum ſufficere poſſit, roſtroque excavat, & medium infodit: atque id volucri ſepulcrum eſt. Collocato enim apte in eo cavo, ac terra operto cadavere, Nilum verſus volans avis opus totum ſecum defert, innumeris aliis avibus, tanquam corporis cuſtodibus, comitatus, ut peregre abeuntem regem imitetur: nec a Solis urbe, quae mortui volucris ſedes eſt, uſquam declinat; ſed eo delatus in ſublimi, quo cerni poſſit, ſubſiſtit, Deique adminiſtros exſpectat. Nec multo poſt Aegyptius ſacerdos e ſacrario cum libro prodit, volucrem deſcriptionis comparatione diiudicaturus. Quocirca fidem ille ſibi minime haberi ſentiens, occultas paterni corporis partes revelat, cadaverque oculis ſubiicit, & laudatoris munere fungitur. Tum filii ſacerdotum

σοφιστής. ἱερέων δὲ παῖδες, ἡλίου τὸν ὄρνιν τὸν νεκρὸν παραλαβόντες θάπτουσιν. ζῶν μὲν οὖν Αἰθίοψ ἐστὶ τῇ τροφῇ, ἀποθανὼν δὲ Αἰγύπτιος γίνεται τῇ ταφῇ.

acceptam Solis defunctam sepulturae tradunt. Ita fit, ut victus ratio, dum vivit, Aethiopem; sepulturae, cum moritur, Aegyptium illum efficiat.

ΛΟΓΟΣ ΤΕΤΑΡΤΟΣ.

ΕΔΟΞΕΝ οὖν τῷ στρατηγῷ μαθόντι τήν τε τῶν ἐναντίων παρασκευὴν, καὶ τὴν τῶν συμμάχων ἀναβολὴν, εἰς τὴν κώμην ἀναστρέψαι πάλιν ὅθεν περ ἐξωρμήσαμεν, ἐστ' ἂν οἱ σύμμαχοι παραγένωνται. ἐμοὶ δέ τις οἶκος ἀπετέτακτο ἅμα τῇ Λευκίππῃ μικρὸν ἀνωτέρω τῆς τοῦ στρατηγοῦ καταγωγῆς. καὶ ὡς εἴσω παρῆλθον, περιπτυξάμενος αὐτὴν, οἷός τε ἦμην ἀνδρίζεσθαι. ὡς δ' οὐκ ἐπέτρεπεν· Μέχρι πότε, εἶπον, χηρεύομεν τῶν τῆς Ἀφροδίτης ὀργίων; οὐχ ὁρᾷς, οἷα ἐκ παραλόγου γίνεται; ναυαγία, καὶ λῃσταὶ, καὶ θυσίαι, καὶ σφαγαί; ἀλλ' ἕως ἐν γαλήνῃ τῆς τύχης ἐσμὲν, ἀποχρησώμεθα τῷ καιρῷ, πρὶν ἢ χαλεπώτερα ἡμᾶς ἐπισχεῖν. Ἡ δέ· Ἀλλ' οὐ θέμις, ἔφη, τοῦτο ἤδη γενέσθαι. ἡ γάρ μοι θεὸς Ἄρτεμις ἐπιστᾶσα πρώην κα-

LIBER QUARTUS.

POSTEAQUAM hostium apparatum, & auxiliorum moram Charmides cognovit, ad pagum, unde exieramus, revertendum, ibique tantisper, dum adessent auxilia, exspectandum constituit. Mihi vero atque Leucippae diversorium quoddam paulo altius, quam Charmidis, assignatum fuit: in quod simulatque introivi, ad complexum eius currens, virum me praestare aggressus sum. Sed cum illa non pateretur: Quousque tandem, inquam, Veneris sacris nosmet ipsos privabimus? an non vides, quam multa improviso nobis eveniant? Naufragium, & latrones, & victimae, & mactatus? ergo dum in tuto sumus, ne oblatam occasionem, priusquam gravius aliquid incidet, amittamus. Tum Leucippe: Atqui fieri hoc, inquit, nondum licet. Nam cum arae victimae loco destinata lugerem, vi-

τὰ τοὺς ὕπνους, ὅτε ἔκλαιον μέλλουσα σφαγήσεσθαι· Μὴ νῦν, ἔφη, κλαῖε· οὐ γάρ τε θνήξῃ· βοηθὸς γὰρ ἐγώ σοι παρέσομαι· μενεῖς δὲ παρθένος, ἐστ' ἄν σε νυμφοστολήσω. ἄξεταί δέ σε ἄλλος οὐδεὶς ἢ Κλειτοφών. Ἐγὼ δὲ τὴν μὲν ἀναβολὴν ἠχθόμην, ταῖς δὲ τοῦ μέλλοντος ἐλπίσιν ἡδόμην. ὡς δ' ἤκουσα τὸ ὄναρ, ἀναμιμνήσκομαι προσόμοιον ἰδὼν ἐνύπνιον. ἐδόκουν γὰρ τῇ παρελθούσῃ νυκτὶ ναὸν ὁρᾶν Ἀφροδίτης, καὶ τὸ ἄγαλμα ἔνδον εἶναι τῆς θεοῦ. ὡς δὲ πλησίον ἐγενόμην προσευξόμενος, κλεισθῆναι τὰς θύρας. ἀθυμοῦντι δέ μοι γυναῖκα ἐκφανῆναι κατὰ τὸ ἄγαλμα τὴν μορφὴν ἔχουσαν. καί· Νῦν, εἶπεν, οὐκ ἔξεστί σοι παρελθεῖν εἴσω τοῦ νεῶ. ἢν δὲ ὀλίγον ἀναμείνῃς χρόνον, οὐκ ἀνοίξω σοι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἱερέα σὲ ποιήσω τῆς θεοῦ. Καταλέγω δὴ τοῦτο τῇ Λευκίππῃ τὸ ἐνύπνιον,

sa mihi per somnium Diana, Ne nunc, inquit, luge: non enim moriere: ipsa tibi opem feram: tu virginitatem tuam tamdiu serva, quoad ego te deducam: tu certe nonnisi Clitophonti nubes. Ego vero quamquam moram hanc aegre ferebam, futuri tamen spe laetabar, atque insomnii mentione audita, simile quoque mihi visum insomnium fuisse recordatus sum. Nocte enim, quae diem illum praecesserat, Veneris templum, stantemque intus effigiem videre mihi visus fueram: cumque precandi gratia prope accessissem, ianuam claudi: atque hac de causa perturbato mihi mulierem statuae forma non absimilem apparuisse, quae diceret: Templum ingredi tibi nondum fas est: verum, si aliquamdiu exspectaveris, non solum fores tibi parebunt, sed etiam Deae sacerdotem te constituam. Illud itaque Leucippae commemoravi, neque amplius ei vim

καὶ οὐκ ἔτι ἐπεχείρουν βιάζεσθαι. ἀναλογιζόμενος δὲ τὸν τῆς Λευκίππης ὄνειρον, οὐ μετρίως ἐταραττόμην.

β'. Ἐν τούτῳ δὴ Χαρμίδης, τοῦτο γὰρ ἦν ὄνομα τῷ στρατηγῷ, ἐπιβάλλει τῇ Λευκίππῃ τὸν ὀφθαλμὸν, ἀπὸ τοιαύτης τῆς ἀφορμῆς αὐτὴν ἰδών. ἔτυχον ποτάμιον θηρίον ἄνδρες τεθηρακότες θέας ἄξιον. ἵππον δὲ αὐτὸν [1] τοῦ Νείλου ἐκάλουν οἱ Αἰγύπτιοι. καὶ ἔστι μὲν ἵππος, ὡς ὁ λόγος βούλεται, τὴν γαστέρα καὶ τοὺς πόδας, πλὴν ὅσον ἐν χηλῇ σχίζει τὴν ὁπλήν. μέγεθος δὲ κατὰ βοῦν τὸν μέγιστον, οὐρὰ βραχεῖα, καὶ ψιλὴ τριχῶν, ὅτι καὶ τὸ πᾶν τοῦ σώματος οὕτως ἔχει, κεφαλὴ περιφερὴς οὐ σμικρά. ἐγγὺς ἵππου παρειαὶ, μυκτὴρ ἐπὶ μέγα κεχηνὼς, καὶ πνέων πυρώδη καπνὸν, ὡς ἀπὸ πηγῆς πυρός. γένυς εὐρεῖα, ὅση καὶ

afferre conatus sum. Verumtamen illius insomnium animo mecum reputans non mediocriter perturbabar.

II. Interea Charmides puellae oculos adiecit, cum eius videndae occasio quaedam huiusmodi homini oblata esset. Forte fortuna viri aliquot fluviatilem belluam spectatu sane non indignam comprehenderant: quam Nili equum Aegyptii appellant. Reveraque & ventre, & pedibus, sicuti fama fert, equus est, nisi quod scissas ungulas habet. Corporis magnitudine maximum quemque bovem aequiparat. Cauda ei brevis est, & pilorum asperitate, quemadmodum corpus etiam reliquum, carens. Caput rotundum, non parvum: maxillae fere equinae, nares perquam patulae, ac ignitum fumum, tanquam ignis scaturigines quaedam, spirantes: mentum latum, quemadmodum etiam

1 Ἵππον δὲ αὐτὸν) Describunt hanc belluam Aristoteles Hist. Animal. L. II, c. 12. Plinius Hist. Nat. L. VIII, c. 25; ex eoque Solinus c. 32. Fusius eam persequitur Bochartus Hieroz. P. II, L. IV, c. 15.

παρειὰ, μέχρι τῶν κροτάφων ἀνοίγει τὸ στόμα. ἔχει δὲ καὶ κυνόδοντας καμπύλους, κατὰ μὲν τὴν ἰδέαν καὶ τὴν θέσιν ὡς ἵππος, τὸ δὲ μέγεθος εἰς τριπλάσιον.

γ'. Καλεῖ δὴ πρὸς τὴν θέαν ἡμᾶς ὁ στρατηγὸς καὶ ἡ Λευκίππη συμπαρῆν. ἡμεῖς μὲν οὖν ἐπὶ τὸ θηρίον τοὺς ὀφθαλμοὺς εἴχομεν· ἐπὶ Λευκίππην δὲ ὁ στρατηγὸς, καὶ εὐθὺς ἐαλώκει. βουλόμενος οὖν ἡμᾶς παραμένειν ἐπιπλεῖστον, ἵν' ἔχῃ τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ χαρίζεσθαι, περιπλοκὰς ἐζήτει λόγων· πρῶτον μὲν τὴν φύσιν τοῦ θηρίου καταλέγων, εἶτα καὶ τὸν τρόπον τῆς ἄγρας, ὡς ἔστι μὲν ἀδδηφαγώτατον, καὶ ποιεῖται τροφὴν ὅλον λήϊον [1]. ἀπάτῃ δὲ ταύτῃ πάσχει τὴν ἄγραν. ἐπιτηρήσαντες γὰρ αὐτοῦ τὰς διατριβὰς, ὄρυγμα ποιη-

maxillae: oris hiatus ad tempora usque protensus: dentes, qui canini vocitantur, curvi, forma & situ equinis similes: verum triplo maiores.

III. Ad eam belluam spectandam nos Charmides invitavit: adfuitque una nobiscum ipsa etiam Leucippe. Nos igitur ad belluam oculos coniiciebamus: ille autem dux ad Leucippen, qui & repente eius amore captus est; eoque diutius nos illic, quo gratum oculis suis faceret, permanere cupiens, alios ex aliis sermones quaerebat: ac belluae primum naturam, deinde capiendi modum referens, voraciſſimum animal esse aiebat, ita ut segete plenum campum totum absumat: nec nisi dolo capi. Observatis enim locis, in quibus degat, venatores fossam excavare,

1 Ὅλον λήϊον) Sic Aelianus Hist. Anim. L. V, c. 53, de eo: Οἱ ἵπποι οἱ ποτάμιοι τοῦ Νείλου μέν εἰσι τρόφιμοι, ὅταν δὲ τὰ λήϊα ἐναχμάζῃ, καὶ ὧσιν οἱ στάχυες ξανθοὶ, οὐκ ἀρχονται παραχρῆμα κείρειν αὐτοὺς καὶ ἐσθίειν, ἀλλὰ παραμείβοντες ἔξωθεν τὸ λήϊον στοχάζονται, πόσον αὐτοὺς ἐμπλήσειε μέτρον· εἶτα λογισάμενοι τὸ ἀποχρῆσον σφίσιν ἐμπίπτουσι, καὶ ἀναχωροῦσιν ἐπὶ πόδα ἐμπιπλάμενοι, τὸ ῥεῦμα τοῦ ποταμοῦ κατὰ νώτου λαβόντες. Et Plinius VIII, 25: *Depascitur segetes, destinatione ante, ut ferunt, determinantibus in diem.*

σάμενοι, ἐπικαλύπτουσιν ἄνωθεν καλάμῃ καὶ χώμασιν· ὑπὸ δὲ τὴν τῶν καλάμων μηχανὴν ἑστάναι κάτω ξύλινον οἴκημα, τὰς θύρας ἀνεῳγμένον εἰς τὸν ὄροφον τοῦ βόθρου, καὶ τὴν πτῶσιν τοῦ θηρὸς λοχᾶν· τὸν μὲν γὰρ ἐπιβάντα φέρεσθαι εὐθὺς, καὶ τὸ οἴκημα φωλεοῦ δίκην ὑποδέχεσθαι, καὶ τοὺς κυνηγέτας ἐκθορόντας εὐθὺς ἐπικλείειν τοῦ πώματος τὰς θύρας, καὶ ἔχειν οὕτω τὴν ἄγραν, ἐπεὶ, πρός γε τὸ καρτερὸν, οὐδεὶς ἂν αὐτοῦ κρατήσειεν βίᾳ· τὰ γὰρ ἄλλα ἐστὶν ἀλκιμώτατος, καὶ τὸ δέρμα, ὡς ὁρᾶτε, φέρει τραχὺ, καὶ οὐκ ἐθέλει πείθεσθαι σιδήρου τραύματι, ἀλλ' ἔστιν, ὡς εἰπεῖν, ἐλέφας Αἰγύπτιος· καὶ γὰρ ἐπιδεύτερα φέρεται, εἰς ἀλκὴν ἐλέφαντος Ἰνδοῦ.

δ'. Καὶ ὁ Μενέλαος, Ἦ γὰρ ἐλέφαντα, ἔφη, τεθέασαι ἤδη ποτέ; Καί· Μάλα, ὁ Χαρμίδης εἶπεν. καὶ ἀκήκοα παρὰ τῶν ἀκριβῶς εἰδότων τῆς γενέσεως

arundinibuſque ac terra cooperire, ſubiecta tamen arca lignea, cuius fores in ſuperiore parte ad foſſae altitudinem adapertae ſint: deinde occulto aliquo in loco, donec bellua decidit, exſpectare: porro eam ſuperaſcendentem deorſum ſtatim ferri, atque ab arca, tanquam a cubili, excipi: tum venatores celeriter accurrere, ac fores claudere, illoque modo bellua potiri, quoniam tanti alioqui roboris ſit, ut vi a quoquam capi nequeat. Eſſe enim cum reliquis omnibus ſui partibus robuſtiſſimam, tum cute adeo dura, ut ferro etiam cedere nolit, meritoque elephantem Aegyptium dici poſſe: ſecundum enim roboris locum ab elephanto Indo obtinere.

IV. Tum Menelaus: An vero etiam elephantem, inquit, vidiſti? Maxime, inquit Charmides: & ex iis etiam, qui procreationis eius incredibilem quaſi naturam diligen-

αὐτοῦ τὴν φύσιν ὡς παράδοξον. Ἀλλ' ἡμεῖς γε οὐκ εἴδομεν εἰς ταύτην, ἔφην ἐγὼ, τὴν ἡμέραν, ὅ, τι μὴ γραφῆ. Λέγοιμ' ἂν ὑμῖν, εἶπεν. καὶ γὰρ ἄγομεν σχολήν. Κύει μὲν αὐτὸν ἡ μήτηρ· χρονιώτατον δέ· καὶ γὰρ δέκα [1] ἐνιαυτοῖς πλάττει τὴν σποράν. μετὰ δὲ τοσαύτην ἐτῶν περίοδον τίκτεται, ὅτ' ἂν ὁ τόκος γέρων γένηται. διὰ τοῦτο οἶμαι γίνεται μέγας τὴν μορφὴν, ἄμαχος τὴν ἀλκὴν, πολὺς τὴν βιστὴν, βραδὺς τὴν τελευτήν. βίον γὰρ αὐτῷ λέγουσιν ὑπὲρ τὴν Ἡσιόδου κορώνην [2]. τοιαύτη ἐστὶν ἐλεφάντων ἡ γένυς, οἷα τῶν

ter perveſtigaverunt, audivi. At nobis, inquam ego, non niſi pictum ſpectare hactenus licuit. Tum Charmides: Ego vos, inquit, rei huius neſcios eſſe amplius non patiar. Atque ut ſciatis, longaevum illum, ac maxime ſenem mater parit: annos enim decem in utero ſemen informandum continet. Deinde exacto annorum huiuſmodi curriculo, in lucem edit, foetu iam ſeneſcente. Hac de cauſa & corpore immenſo, & robore inſuperabili, & vita longiſſima, quippe ſupra Heſiodeae cornicis annos vivere traditur, gigni arbitror. Elephantorum talis eſt maxilla, qua-

1 Δέκα) Haec Charmides cum vulgo. Plinius H. N. L. VIII, c. 10: *Decem annis geſtare in utero vulgus exiſtimat.* Idem Plautus Stich. Act. I, Sc. 3:

Audivi ſaepe hoc vulgo *dicier,*
Solere elephantum gravidam perpetuos decem
Eſſe annos.

Ariſtoteles autem Hiſt. Anim. V, c. 13, haud amplius biennio geſtari in utero ſtatuit.

2 Κορώνην) Fruſtra in iis, quae de Heſiodo ſuperſunt, locum quaeris, ad quem ſpectet auctor. Exſtat vero in Plutarcho περὶ τῶν ἐκλελειπότων χρηστηρίων, ubi excitat Heſiodum ſub Naidis perſona aetates animalium varias enumerantem:

Ἐννέατοι ζώει γενεὰς λακέρυζα κορώνη
Ἀνδρῶν ἡβάνταν.

Hinc ἐννεάγηρα κορώνη quoque apud Aratum, & tritum illud proverbium, *Cornicibus vivacior*, ad quod reſpicit Horatius L. IV, c. 13:

Servatura diu parem
Cornicis vetulae temporibus Lycen.

βοῶν ἐστιν ἡ κεφαλή. σὺ μὲν γὰρ ἂν ἰδὼν, εἴποις κέρας ἔχειν αὐτῷ διπλοῦν τὸ στόμα. ἔστι δὲ τοῦτο ἐλέφαντος καμπύλος ὀδούς. μεταξὺ δὲ τούτων τῶν ὀδόντων ἀνθίσταται αὐτῷ προβοσκὶς, κατὰ σάλπιγγα μὲν καὶ τὴν ὄψιν καὶ τὸ μέγεθος, εὐπειθὴς δὲ πρὸς τὸν ἐλέφαντα. προνομεύει γὰρ αὐτῷ τὰς τροφὰς, καὶ πᾶν ἁτισοῦν ἐμποδὼν εὑρήσει σιτίον. ἐὰν μὲν ἡ ὄψον ἐλέφαντος, ἔλαβέν τε εὐθὺς καὶ ἐπιπτυχθεῖσα κάτω πρὸς τὴν γένυν τῷ στόματι τὴν τροφὴν διακονεῖ· ἂν δέ τι τῶν ἀδροτέρων ἴδῃ, τούτῳ περιβάλλει κύκλῳ τὴν ἄγραν περισφίγξας, καὶ τὸ πᾶν ἀνεκούφισε, καὶ ὤρεξεν ἄνω δῶρον δεσπότῃ· ἐπικάθηται γὰρ αὐτῷ τις ἀνὴρ Αἰθίοψ καινὸς ἐλέφαντι ἱππεὺς ὤν· καὶ κολακεύει, καὶ φοβεῖται, καὶ τῆς φωνῆς αἴσθεται, καὶ μαστίζοντος ἀνέχεται· ἡ δὲ μάστιξ αὐτῷ πέλεκυς σιδηροῦς. εἶδον δέ ποτε καὶ θέαμα καινόν. ἀνὴρ Ἕλλην ἀνέδηκε τὴν κεφαλὴν κατὰ μέσην τοῦ θηρίου τὴν κε-

le tauri caput. Ac ſi tu illius os videres, cornua duo habere iudicares: verum non cornua, ſed dentes repandi ſunt, e quorum medio ſurgit proboſcis, quam manum vocant, forma & magnitudine tubae ſimilis, & iis, quae ſibi uſui ſunt, percommoda. Ea enim & cibum, & quidquid eſui aptum obiicitur, corripit. Ac ſi ex iis fuerit, quibus in cibum animal id uti conſuevit, ſumit ſtatim, ſeque mentum verſus inflectens, ori offert: ſin minus, contorta in circulum manu ſuſtollit, heroque porrigit: inſidet enim illi Aethiops vir, qui novus illius eques eſt. Blanditur vero etiam, & formidat, & loquentem intelligit, & verberari patitur, ferrea videlicet clava, quae flagelli loco adhibetur. Atqui mirabile quiddam etiam videre me aliquando memini, Graecum ſcilicet neſcio quem caput ſuum in belluae caput olim inferre, belluamque aperti

Φαλήν. ὁ δὲ ἐλέφας ἐκεχήνει, καὶ περιήσθμαινε τὸν ἄνθρωπον ἐγκείμενον· ἀμφότερα οὖν ἐθαύμαζον, καὶ τὸν ἄνθρωπον τῆς εὐτολμίας, καὶ τὸν ἐλέφαντα τῆς φιλανθρωπίας. ὁ δὲ ἄνθρωπος ἔλεγεν, ὅτι καὶ μισθὸν εἴη δεδωκὼς τῷ θηρίῳ. προσπνεῖν γὰρ αὐτῷ καὶ μόνον οὐκ ἀρωμάτων Ἰνδικῶν. εἶναι δὲ κεφαλῆς νοσούσης φάρμακον. οἶδεν οὖν τὴν θεραπείαν ὁ ἐλέφας, καὶ πρόσθεν οὐκ ἀνοίγει στόμα, ἀλλ' ἔστιν ἰατρὸς ἀλαζών, καὶ τὸν μισθὸν πρῶτος αἰτεῖ. κἂν δῷς, πείθεται, καὶ παρέχει τὴν χάριν, καὶ ἁπλοῖ τὴν γένυν, καὶ τοσοῦτον ἐκδέχεται κεχηνώς, ὅσον ὁ ἄνθρωπος βούλεται. οἶδε γὰρ ὅτι πέπρακε τὴν ὀσμήν.

ε'. Καί· Πόθεν, ἔφην, οὕτως ἀμόρφῳ θηρίῳ τοσαύτη τις εὐωδίας ἡδονή; Ὅτι, ἔφη Χαρμίδης, τοιαύτην ποιεῖται καὶ τὴν τροφήν. Ἰνδῶν γὰρ ἡ γῆ γείτων ἡλίου. πρῶτοι γὰρ ἀνατέλλοντα τὸν θεὸν ὁρῶσιν Ἰνδοὶ, καὶ αὐτοῖς θερμότερον τὸ φῶς ἐπικάθηται, καὶ τηρεῖ τὸ

oris anhelitu iacentem hominem permulcere. In quo sane & hominis audaciam, & elephanti benignitatem admirabar. Mercedem vero belluae a se persoluram, & aromatum paene Indicorum ab ea odorem afflatum fuisse, Graecus ille aiebat, qui capitis dolorem removerit, elephantemque id minime ignorare: ideoque gratis os non aperire: sed superbi medici more praemium inprimis poscere: quo accepto, parere, ac gratiam referre, os pandere, & eo aperto, quamdiu quidem homo velit, exspectare, intelligentem scilicet, odorem se vendidisse.

V. Tum ego: Unde, inquam, tam deformi belluae tam suavis odor? Ex cibo, inquit, Charmides, quo ad eam rem maxime idoneo utitur. Indorum regio Soli vicina est: primique ipsi orientem illum adspiciunt, calidioresque illius radios experiuntur, ita ut etiam quasi igne

σῶμα τοῦ πυρὸς τὴν βαφήν. γίνεται δὲ παρὰ τοῖς Ἕλλησι ἄνθος Αἰθίοπος χροιᾶς. ἔστιν δὲ παρ' Ἰνδοῖς οὐκ ἄνθος, ἀλλὰ πέταλον, οἷα παρ' ἡμῖν τὰ πέταλα τῶν φυτῶν. ὁ μὲν κλέπτων τὴν πνοὴν, καὶ τὴν ὀδμὴν, οὐκ ἐπιδείκνυται· ἢ γὰρ ἀλαζονεύεσθαι πρὸς τοὺς εἰδότας οἰκεῖ τὴν ἡδονὴν, ἢ τοῖς πολίταις φθονεῖ. ἂν δὲ τῆς γῆς μικρὸν ἐξοικήσῃ καὶ ὑπερβῇ τοὺς ὅρους, ἀνοίγει τῆς κλοπῆς τὴν ἡδονὴν, καὶ ἄνθος ἀντὶ φύλλου γίνεται, καὶ τὴν ὀδμὴν ἐνδύεται. μέλαν τοῦτο ῥόδον Ἰνδῶν. ἔστι δὲ τοῖς ἐλέφασι σιτίον, ὡς τοῖς βουσὶ παρ' ἡμῖν ἡ πόα. ἅτε οὖν ἐκ πρώτης γονῆς αὐτῷ τραφεὶς, ὀδωδέν τε παῖς κατὰ τὴν τροφὴν, καὶ τὸ πνεῦμα πέμπει κάτωθεν εὐωδέστατον, ὁ τῆς πνοῆς αὐτῷ γέγονε πηγή.

στ'. Ἐπεὶ οὖν ἐκ τῶν λόγων ἀπηλλάγημεν τοῦ στρατηγοῦ, μικρὸν διαλιπὼν, ὅτι οὐ δύναταί τις τρω-

colorati ſint. In Graecia flos oritur Aethiopum colorem referens: qui apud Indos non flos, ſed frons eſt, cuiuſmodi eae ſunt, quae in arboribus noſtris cernuntur. Atque illic quidem efflatum, odoremque celans, nullo in pretio eſt, ſive quia inter notos gloriari minus habeat voluptatis, ſive quia civibus ſuis invideat: ſin vero e patria terra paulum modo excedat, fineſque tranſcendat, latentem ſuavitatem in apertum profert: ac e fronde in florem mutatus odore cumulatur. Indorum hic flos eſt, quem nigram roſam vocant. Hac elephantes veſcuntur, quemadmodum gramine apud nos boves. Igitur a primo fere ortu pabulo eiuſmodi enutrita bellua cibo ſimilem odorem reddit, halitumque odoratiſſimum ab imo, ubi ei ſpiritus fons eſt, efflat.

VI. Poſteaquam loquendi finem Charmides fecit, non multum temporis abire paſſus, (qui enim amore faucius

θεὶς ἀνέχεσθαι, θλιβόμενος τῷ πυρὶ, τὸν Μενέλαον μεταπέμπεται, καὶ τῆς χειρὸς λαβόμενος λέγει· Ἀγαθὸν εἰς Φιλίαν οἶδά σε, δι' ὧν ἔπραξας εἰς Κλειτοφῶντα· κἀμὲ δὲ εὑρήσεις οὐ χείρονα. δέομαι δὲ παρά σου χάριτος, σοὶ μὲν ῥᾳδίας, ἐμοὶ δὲ ἀνασώσεις τὴν ψυχὴν, ἂν θέλῃς. Λευκίππη με ἀπολώλεκεν· σῶσον δέ σου. ὀφείλεταί σοι παρ' αὐτῆς ζωάγρια, μισθὸς δέ σοι μὲν χρυσοῖ μὲν πεντήκοντα τῆς διακονίας, αὐτῇ δὲ, ὅσους ἂν θέλῃ. Λέγει οὖν ὁ Μενέλαος· Τοὺς μὲν χρυσοῦς ἔχε καὶ φύλαττε τοῖς τὰς χάριτας πιπράσκουσιν· ἐγὼ δὲ φίλος ὢν, πειράσομαι γενέσθαι σοι χρήσιμος. Ταῦτα εἰπὼν, ἔρχεται πρός με, καὶ πάντα καταγορεύει. ἐβουλευόμεθα οὖν τί δεῖ πράττειν. ἔδοξεν δὲ αὐτὸν ἀπατῆσαι. τότε γὰρ ἀντι-

est, cum illius aestu iactatur, dolori ferendo par esse nequit,) Menelaum ad se vocatum manu prehendit, atque, Ex iis, inquit, quae Clitophontis causa feciſti, verum te amicum esse intellexi: quare me quoque non deteriorem invenies. Gratiam a te mihi tribui pervelim, tibi sane facto quam facillimam; mihi vero eiusmodi, ut si velis, animae incolumitatem reddas. Leucippe me perdidit: tu me servato. Illa tibi, quae pro reddita vita debet, nondum persolvit: verum ego pro tuo hoc in me collato beneficio nummos aureos quinquaginta dono dabo. Leucippe ipsa, quot voluerit, accipiet. Tum vero Menelaus: Pecuniam, inquit, tuam tibi habe, atque illis, quibus venalia beneficia sunt, serva. Ego, cum in amicitiam me receperis, operam dabo, ut ne me frustra recepisse te intelligas. Quae cum dixisset, me convenit, remque omnem exposuit. Quapropter, quid nos agere oporteret, cogitare coepimus: in eamque tandem sententiam venimus, ut hominem falleremus. Negare enim tunc non poteramus,

λέγειν οὐκ ἀκίνδυνον ἦν, μὴ καὶ βίαν προσαγάγῃ. τὸ δὲ φεύγειν ἀδύνατον, πάντῃ μὲν λῃστῶν περικεχυμένων, τοσούτων δὲ στρατιωτῶν τῶν ἀμφ' αὐτὸν ὄντων.

ζ'. Μικρὸν οὖν διαλιπὼν ὁ Μενέλαος, ἀπελθὼν πρὸς τὸν Χαρμίδην· Κατείργασται τὸ ἔργον, ἔφη· καίτοι τὸ πρῶτον ἠρνεῖτο ἰσχυρῶς ἡ γυνή· δεομένου δέ μου, καὶ ὑπομιμνήσκοντος τῆς εὐεργεσίας, ἐπένευσε. ἀξιοῖ δὲ δικαίαν δέησιν, ὀλίγην αὐτῇ χαρίσασθαι προθεσμίαν ἡμερῶν, ἐστ' ἂν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἀφίκωμαι. κώμη γὰρ αὐτὴ, καὶ ἐν ὄψει τὰ γινόμενα, καὶ πολλοὶ μάρτυρες. Εἰς μακρὰν, ὁ Χαρμίδης εἶπεν, δίδως τὴν χάριν. ἐν πολέμῳ δὲ τίς ἐπιθυμίαν ἀναβάλλεται; στρατιώτης δὲ ἐν χερσὶν ἔχων μάχην [1], πῶς οἶδεν εἰ ζήσεται; τοσαῦται τῶν θανάτων εἰσὶν ὁδοί [2]

cum periculum esset, ne vim intentaret. Sed neque fugam arripere, cum a latronibus loca omnia obsessa essent, & ipse tot circum se milites haberet, ullo pacto licebat.

VII. Igitur paulo post reversus ad Charmiden Menelaus, rem confecisse se, inquit: ac puellam primo quidem perquam obstinate renuisse: verumtamen cum ipse preces adhibuisset, ac beneficii memoriam renovasset, tandem annuisse. Unum tantum, atque id non iniustum, rogavisse, nempe ut dies pauci concederentur, donec Alexandriam perveniretur: locum enim, in quo tum degebant, villam esse, & in luce posita omnia, multosque testes habitura. Charmides vero: Serum, inquit, hoc mihi beneficium esse vis. In bello autem quis cupiditatem explere differat? Miles enim proelium iamiam initurus, quomodo victurum se certus esse possit, cum tot morti adi-

1 Ἐν χερσὶν ἔχων μάχην) Proverbialiter, ut Apollon. Rhod. I, 1113, & inde Virgil. Ge. II, 45.

2 Tibull. I, 3, 49:
Nunc Iove sub domino caedes, nunc vulnera semper;
Nunc mare; nunc leti mille repente viae.

αἴτησαί μοι παρὰ τῆς τύχης τὴν ἀσφάλειαν, καὶ μενῶ. ἐπὶ πόλεμον νῦν ἐξελεύσομαι βουκόλων· ἔνδον μοι τῆς ψυχῆς ἄλλος πόλεμος κάθηται. στρατιώτης με τοξεῖ τόξον ἔχων, βέλος ἔχων. νενίκημαι, πεπλήρωμαι βελῶν· κάλεσον, ἄνθρωπε, ταχὺ τὸν ἰώμενον· ἐπείγει τὸ τραῦμα. ἄψω πῦρ ἐπὶ τοὺς πολεμίους· ἀλλὰ δᾷδας ὁ ἔρως ἀνῆψε κατ' ἐμοῦ. τοῦτο πρῶτον, Μενέλαε, σβέσον τὸ πῦρ. καλὸν τὸ οἰώνισμα πρὸ πολέμου συμβολῆς ἐρωτικὴ συμπλοκή. Ἀφροδίτη με πρὸς Ἄρεα ἀποστειλάτω. Καὶ ὁ Μενέλαος· Ἀλλ' ὁρᾷς, ἔφη, ὡς οὐκ ἔστι ῥᾴδιον λαβεῖν αὐτὴν ἐνθάδε τὸν ἄνδρα ὄντα καὶ ταῦτα ἐρῶντα. Καὶ ὁ Χαρμίδης· Ἀλλὰ τοῦτό γε ῥᾴδιον, ἔφη, τὸν Κλειτοφῶντα ἀποφορτίσασθαι. Ὁρῶν οὖν ὁ Μενέλαος τοῦ Χαρμίδου τὴν σπουδὴν, καὶ φοβηθεὶς περὶ ἐμοῦ, ταχύ τι σκέπτεται πι-

tus pateant? Tu mihi a fortuna incolumitatem impetra, & ego exspectabo. Sane nunc ego pugnam cum pastoribus commissurus sum; ast aliud meo in pectore bellum geritur. Arcu & sagittis armatus me miles expugnat. Victus ipse, ac omni ex parte vulneribus confossus sum. Medicum itaque mihi, o bone, quamprimum arcesse: vulnus enim celeriter crescit. Cumque ignem ipse in hostes immittere paratus sim, Amorem faces in me iam coniecisse sentio. Tu flammam hanc, Menelaë, mihi prius exstingue. Optimum fuerit auspicium, amatorie inprimis congredi, quam manus cum hoste conserantur. Venus me ad Martem dimittat. Tum Menelaus: Tumet ipse, inquit, vides, quam difficile illi sit, praesentem, praetereaque amantem, virum latere. Atqui facile, inquit Charmides, fuerit Clitophontem alio abduci. Verum Menelaus, Charmidem nimium properare videns, ac mihi etiam timens, celeriter quid, quod ad persuadendum erat aptum, com-

θανὸν, καὶ λέγει· Βούλει τὴν ἀλήθειαν ἀκοῦσαι τῆς ἀναβολῆς; ἡ γὰρ αὐτὴ χθὲς ἀφῆκε τὰ ἔμμηνα, καὶ ἀνδρὶ συνελθεῖν οὐ θέμις. Οὐκοῦν ἀναμενοῦμεν, ὁ Χαρμίδης εἶπεν, ἐνταῦθα τρεῖς ἡμέρας ἢ τέτταρας. αὗται γὰρ ἱκαναί. ὃ δὲ ἔξεστιν, αἰτῶ παρ' αὐτῆς· εἰς ὀφθαλμοὺς ἡκέτω τοὺς ἐμοὺς, καὶ λόγων μεταδότω· ἀκοῦσαι θέλω φωνῆς, χειρὸς θίγειν, ψαῦσαι σώματος. αὗται γὰρ ἐρώντων παραμυθίαι. ἔξεστιν δὲ αὐτῇ καὶ φιλῆσαι· τοῦτο γὰρ οὐκ ἐκώλυεν ἡ γαστήρ.

ἡ. Ὡς οὖν ταῦτα ὁ Μενέλαος ἐλθὼν ἀπαγγέλλει μοι, πρὸς τοῦτο ἀνεβόησα· ὡς θᾶττον ἂν ἀποθάνοιμι, εἴπερ εἰδῶ Λευκίππης φίλημα ἀλλοτριούμενον. οὔ τι γὰρ, ἔφην, ἐστὶ τούτου γλυκύτερον. τὸ μὲν γὰρ ἔργον Ἀφροδίτης καὶ ὅρον ἔχει καὶ κόρον, καὶ οὐδέν ἐστιν, ἐὰν ἐξέλῃς αὐτοῦ τὰ φιλήματα· φίλημα δὲ

mentus: Visne, inquit, cunctationis veram causam audire? puella in menstruis heri esse coepit. Quamobrem a viro abstinendum est. Dies igitur, inquit Charmides, tres, quatuorve hic exspectabimus: tantum enim temporis ei rei satis erit. Interea vero, quod sane ab ea fieri potest, videndam se mihi praebeat, verbaque mecum faciat. Vocem ego illius audire, manum tangere, corpus contrectare aveo: animi enim amore saucii allevamenta haec sunt. Quid vero? suavium dare an non licet? cum rei huic impedimento esse menses nequeant.

VIII. Haec cum reversus Menelaus mihi renuntiasset, ad extrema illius verba non potui quin exclamarem, mori me malle, quam pati, ut Leucippes osculo quispiam fruatur: Quo quid, inquam, suavius est? Veneris procul dubio congressus & modum & satietatem habet, nec prorsus quidquam est, si basia eximas. Basium vero nullo fine

καὶ ἀόριστόν ἐστιν, καὶ ἀκόρεστον, καὶ καινὸν ἀεί. τρία γὰρ τὰ κάλλιστα ἀπὸ τοῦ στόματος ἄνεισιν, ἀναπνοὴ, καὶ φωνὴ, καὶ φίλημα. τοῖς μὲν γὰρ χείλεσιν ἀλλήλους φιλοῦμεν· ἀπὸ δὲ τῆς ψυχῆς ἡ τῆς ἡδονῆς ἐστι πηγή. πίστευσόν μοι λέγοντι, Μενέλαε, (ἐν γὰρ τοῖς κακοῖς ἐξορχήσομαι τὰ μυστήρια) ταῦτα μόνα παρὰ Λευκίππης ἔχω κἀγώ· ἔτι μένει παρθένος· μέχρι μόνων τῶν φιλημάτων ἐστί μου γυνή. ἢν δέ τις ἁρπάσῃ μου καὶ ταῦτα, οὐ φέρω τὴν φθοράν, οὐ μοιχεύεταί μου τὰ φιλήματα [1]. Οὐκοῦν, ἔφη ὁ Μενέλαος, βουλῆς ἡμῖν ἀρίστης δεῖ καὶ ταχίστης· ἐρῶν γάρ τις, εἰς ὅσον μὲν ἔχει τὴν ἐλπίδα τοῦ τυχεῖν, φέρει, εἰς αὐτὸ τὸ τυχεῖν ἀποτεινόμενος· ἐὰν δὲ

terminatur, nulla ſatietate afficit; ſed ſemper recens eſt. Tria profecto ſunt, quae ab ore praeſtantiſſima proficiſcuntur, halitus, vox, ſuavium. Labra utique ſunt, quae ſeſe in oſculis dandis mutuo contingunt: ſed voluptas e fonte, qui in animo ſitus eſt, manat. Crede mihi, Menelaë, (non enim in malis occulta revelare me pudet,) ego nihil dum a Leucippe, baſiis exceptis, conſecutus ſum. Illa virgo adhuc eſt, nec niſi oſculando mulier facta eſt. Quae ſi quis mihi baſia etiam eripere conetur, utique notam hanc iniuri mihi non feram. Me vivo baſia mihi mea nemo conſtuprabit. Optimo ergo, inquit Menelaus, celerrimoque conſilio erit opus. Amans enim, quamdiu quidem adipiſcendi ſpes adeſt, aequo animo fert, conceptam adeptionem animo incluſam continens. At ſi re-

1 Οὐ μοιχεύεταί μου τὰ φ.) Interpres legiſſe videtur: Ζῶντος ἐμοῦ οὐ μοιχεύεταί τις μου τὰ φιλήματα. Τὰ φιλήματα μου, *oſcula mea*, h. e. mihi debita. Plane ut Tibull. I, 9, 77:

Blanditiaſne meas aliis tu vendere es auſus?
Tune aliis demens oſcula ferre mea.

ἀπογνῷ, τὸ ἐπιθυμοῦν μεταβαλὼν ἀντιλυπῆσαι μέχρι τοῦ δυνατοῦ τολμᾷ τὸ κωλύον. ἔστω δὲ καὶ ἰσχὺς, ὥστε τι δρᾶσαι μετὰ τοῦ μὴ παθεῖν. τοῦτο δὲ τῆς ψυχῆς τὸ μὴ φοβούμενον, ἀγριαίνει μᾶλλον τὸ θυμούμενον. καὶ γὰρ ὁ καιρὸς ἐπείγει τῶν πραγμάτων τὸ ἄπορον.

Θ'. Σκοπούντων οὖν ἡμῶν εἰστρέχει τις τεθορυβημένος, καὶ λέγει, τὴν Λευκίππην ἄφνω βαδίζουσαν καταπεσεῖν, καὶ τὸ ὀφθαλμῷ διαστρέφειν. ἀναπηδήσαντες οὖν, ἐβέομεν ἐπ' αὐτὴν, καὶ ὁρῶμεν ἐπὶ τῆς γῆς κειμένην. προσελθὼν οὖν, ἐπυνθανόμην ὅ, τι πάθοι. ἡ δὲ ὡς εἶδέν με, ἀναπηδήσασα παίει με κατὰ τῶν προσώπων, ὕφαιμον βλέπουσα. ὡς δὲ καὶ ὁ Μενέλαος οἷός τε ἦν ἀντιλαμβάνεσθαι, παίει κἀκεῖνον τῷ σκέλει. συνέντες οὖν ὅτι μανία εἴη τις ἐπὶ τὸ κακὸν,

pulsam fert, tum mutata cupiditate, cum moestitia quidquid impedimento est, vi amoliri conatur. Est vero etiam facultas, ut impune agere possit, ea pars animi, quae nihil timet, exacerbare solet magis magisque istam, quae iam irascitur. Et occasio ad incertas res propere capessendas impellit.

IX. Interea dum consilium caperemus, intro ad nos conturbatus, nescio quis, cucurrit, Leucippenque inter ambulandum repente concidisse, atque oculos distorsisse nuntiavit. Quamobrem consurgentes eo raptim accessimus, humique iacentem comperimus. Cumque ipse propior factus, quidnam sibi eveniset, interrogassem, illa me viso exsurgens, sanguineamque aciem volvens, in faciem pugno plagam intulit: Menelaumque, quoad fieri posset, ad eam sublevandam sese comparantem, pedibus repulit. In adversam igitur valetudinem incidisse, morboque insaniam

βία συλλαβόντες, ἐπειρώμεθα κρατεῖν. ἡ δὲ προσεπάλαιεν ἡμῖν, οὐδὲν Ὀροντίζουσα κρύπτειν ὅσα γυνὴ μὴ ὁρᾶσθαι θέλει. θόρυβος οὖν πολὺς περὶ τὴν σκηνὴν αἴρεται, ὥστε καὶ αὐτὸν εἰσδραμεῖν τὸν στρατηγὸν, καὶ τὰ γινόμενα ὁρᾶν. ὁ δὲ τὰ πρῶτα σκῆψιν ὑπώπτευε καὶ τέχνην ἐπ' αὐτὸν, καὶ τὸν Μενέλαον ὑπεβλέπετο· ὡς δὲ κατὰ μικρὸν ἑώρα τὴν ἀλήθειαν, ἔπαθέν τι καὶ αὐτὸς καὶ ἐλέησεν. κομίσαντες οὖν βρόχους ἔδησαν τὴν ἀθλίαν. ὡς δὲ εἶδον αὐτῆς περὶ τὰς χεῖρας τὰ δεσμὰ, ἐδεόμην Μενελάου, τῶν πολλῶν ἀπηλλαγμένων· Λύσατε, λέγων ἱκετεύων, λύσατε· οὐ Φέρουσι δεσμὸν χεῖρες ἁπαλαί· ἐάσατέ με σὺν αὐτῇ μόνον, ἐγὼ περιπτυξάμενος αὐτῇ δεσμὸς ἔσομαι· μαινέσθω κατ' ἐμοῦ· τί γάρ με ζῆν ἔτι δεῖ; οὐ γὰρ γνωρίζει με Λευκίππη παρόντα. κεῖται δέ μοι δεδεμένη, καὶ ὁ ἀναιδὴς ἐγὼ

adiunctam esse intelligentes, per vim retinere tentavimus. Ipsa vero reluctabatur, nulla prorsus adhibita cura in iis tegendis, quae summo studio mulieres aliae velare contendunt. Itaque magnus circa tentorium tumultus concitatus est, atque adeo, ut Charmides etiam accurrerit, &, quae agerentur, singula cognoverit. Quamobrem initio fingere, dolumque adversum se commoliri nos existimabat, Menelaumque subintuebatur: sed cum paulo post veritatem comperisset, commotus ipse quoque est, casumque huiusmodi aegro animo tulit. Leucippe interea allatis funibus vincitur: ego vero, simulatque constrictis vinculis manus vidi, ad Menelaum, aliis plerisque iam egressis, conversus: Solvite, obsecro, inquam, solvite: vinculorum asperitatem tenellae manus pati nequeunt. Vos me cum illa sinite: ego illam circumplectens funis vice fungar. Insaniat illa in me. Quid enim vivere me amplius oportet? praesentem Leucippe me non agnoscit, ac vincta iacet:

λῦσαι δυνάμενος, οὐ θέλω. ἐπὶ τούτῳ σέσωκεν ἡμᾶς ἐκ τῶν λῃστῶν ἡ τύχη, ἵνα γένῃ μανίας παιδιά; ὦ δυστυχεῖς ἡμεῖς, ὅταν εὐτυχήσωμεν; τοὺς οἴκοι Φόβους ἐκπεφεύγαμεν, ἵνα ναυάγια δυστυχήσωμεν· ἐκ τῆς θαλάσσης περιγεγόναμεν, ἐκ τῶν λῃστῶν ἀνασεσώμεθα, μανίᾳ γὰρ ἐτηρούμεθα. ἐγὼ μὲν, ἂν σωφρονήσῃς, φιλτάτη, φοβοῦμαι πάλιν τὸν δαίμονα, μή τί σοι κακὸν ἐργάσηται. τίς οὖν ἡμῶν κακοδαιμονέστερος; οἳ φοβούμεθα καὶ τὰ εὐτυχήματα. ἀλλὰ μόνον μοι σωφρονήσειας, καὶ σεαυτὴν ἀπολάβοις· παιζέτω πάλιν ἡ τύχη.

ι'. Ταῦτά με λέγοντα παρηγόρουν οἱ ἀμφὶ τὸν Μενέλαον, φάσκοντες μὴ ἔμμονα εἶναι τὰ τοιαῦτα νοσήματα, πολλάκις δὲ καὶ ἡλικίας ζεούσης ὑπάρχειν. τὸ γὰρ αἷμα πάντῃ νεάζον, καὶ ὑπὸ πολλῆς ἀκμῆς ἀναζέον, ὑπερβλύζει πολλάκις τὰς φλέβας,

nec ego, quamquam possum, vincula tamen misericors demo. Idcircone latronum e manibus fortuna ereptos nos voluit, ut tu ad insaniae ludibrium ponerere? O miseros nos! ecquando meliore fato utemur? Quae domi metuebamus, declinavimus, ut irati maris vim experiremur. Atqui e naufragio etiam evasimus, latronum manus evitavimus; nimirum quia insaniae destinati fueramus. A qua licet convalescas, verendum tamen est, ne aliud in malum te fortuna coniiciat. Quis igitur nobis miserior, quibus secundi etiam eventus formidandi? Verumtamen suo arbitratu fortuna ludat, dum tu resipiscas, atque ad te redeas.

X. Haec me dicentem Menelaus, & qui simul aderant, consolabantur, aegritudines eiusmodi autumantes diuturnas non esse, sed vigente aetate plerumque gigni. Sanguinem enim iuvenem, ac multo vigore fervidum, per ve-

καὶ τὴν κεφαλὴν ἔνδον περικλύζον, βαπτίζει τοῦ λογισμοῦ τὴν ἀναπνοήν. δεῖν οὖν ἰατροὺς μεταπέμπειν, καὶ θεραπείαν προσφέρειν. πρόσεισιν οὖν τῷ στρατηγῷ ὁ Μενέλαος, καὶ δεῖται τὸν τοῦ στρατοπέδου ἰατρὸν μετακαλέσασθαι. κἀκεῖνος ἀσμένως ἐπείσθη. χαίρουσι γὰρ οἱ ἐρῶντες εἰς τὰ ἐρωτικὰ πράγματα. Καὶ ὁ ἰατρὸς παρῆν, καὶ λέγει· Νῦν μὲν ὕπνον αὐτῇ παρασκευάσομεν, ὅπως τὸ ἄγριον τῆς ἀκμῆς ἡμερώσωμεν. ὕπνος γὰρ πάντων νοσημάτων φάρμακον. ἔπειτα δὲ καὶ τὴν λοιπὴν θεραπείαν αὐτῇ προσοίσομεν. Δίδωσιν οὖν ἡμῖν φάρμακόν τι μικρὸν ὅσον ὀροβου μέγεθος, καὶ κελεύει λύσαντας εἰς ἔλαιον ἐπαλεῖψαι τὴν κεφαλὴν μέσην. σκευάσειν δὲ ἔφη καὶ ἕτερον εἰς γαστρὸς αὐτῇ κάθαρσιν. ἡμεῖς μὲν οὖν ἃ ἐκέλευσεν ἐποιοῦμεν. ἡ δὲ ἐπαλειφθεῖσα μετὰ μικρὸν ἐκάβευδεν τὸ ἐπίλοιπον τῆς νυκτὸς μέχρι τῆς ἕω. Ἐγὼ δὲ δι' ὅλης τῆς νυκτὸς

nas diffundi, caputque interius petentem ſenſum mentis omnem obruere. Quamobrem medicos advocari, medicinaſque adhiberi oportere. Charmiden itaque Menelaus adivit, medicumque, qui in exercitu erat, arceſſi ut iuberet, rogavit. Quod ille perquam lubenter effecit. Amatoriis enim rebus obeundis amantes gaudent. Adfuit igitur medicus. Ac nunc quidem, inquit, ſomnum ei conciliabimus, quo morbus aliquid de vi ſua remittat. Malorum enim ſomnus omnium medicina eſt. Deinde reliquam curationem proſequemur. Ita nobis tunc medicamenti cuiuſdam tantum praebuit, quantum orobi granum eſt: oleoque ſubactum capiti medio illini iuſſit, aliud purgandae alvi gratia mox paraturum ſe pollicens. Nos iuſſa peregimus. Leucippeque paulo poſt, quam inuncta fuit, ſomno capta, quod noctis ſupererat, ad auroram uſque dormivit. Cui aſſidens ipſe non ſine lacrimis totam noctem in-

ἀγρυπνῶν, ἔκλαιον παρακαθήμενος, καὶ, βλέπων, ἔλεγον, τὰ δεσμὰ, Οἴμοι, Φιλτάτη, δέδεσαι, καὶ καθεύδουσα οὐδὲ τὸν ὕπνον ἐλεύθερον ἔχεις. τίνα ἄρα σου καὶ τὰ φαντάσματα; ἆρα κἂν κατὰ τοὺς ὕπνους σωφρονεῖς, ἢ μαίνεταί σου καὶ τὰ ὀνείρατα; Ἐπεὶ δὲ ἀνέστη, πάλιν ἄσημα ἐβόα. καὶ ὁ ἰατρὸς παρῆν, καὶ τὴν ἄλλην θεραπείαν ἐθεράπευε.

ια'. Ἐν τούτῳ δὴ ἔρχεταί τις παρὰ τοῦ τῆς Αἰγύπτου Σατράπου κομίζων ἐπιστολὴν τῷ στρατηγῷ. ἐπέσπευδεν δὲ αὐτὸν ὡς εἰκὸς ἐπὶ τὸν πόλεμον τὰ γράμματα. ἐκέλευσε γὰρ εὐθὺς πάντας ἐν τοῖς ὅπλοις γενέσθαι ὡς ἐπὶ τοὺς βουκόλους. αὐτίκα δὴ μάλα ἐξορμήσαντες, εὐθὺς ἕκαστος, ὡς εἶχε, [τάχους] ἐπὶ τὰ ὅπλα ἐχώρουν, καὶ παρῆσαν ἅμα τοῖς λοχαγοῖς. Τότε μὲν οὖν αὐτοῖς δοὺς τὸ σύνθημα, καὶ κελεύσας αὐτοῖς στρατοπεδεύεσθαι, καθ' ἑαυτὸν ἦν. τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἅμα τῇ ἕῳ τὸ στράτευμα ἐξῆγεν ἐπὶ τοὺς πο-

somnem transegi, oculisque in vincula coniectis: Heu mihi, Leucippe, inquam, suavissima, tu etiam dormiens vincta es, nec libero frui somno potes. Quaenam autem tibi visa sese nunc offerunt? mentisne te compotem somnus habet? an vero etiam stulta somnias? Posteaquam experrecta est, contenta voce absurda quaedam protulit. Ac tum praesto adfuit medicus, aliudque medicamentum dedit.

XI. Interea literae ab Aegypti praefecto Charmidi redditae sunt, quibus, uti credibile est, exercitum ad pugnam quamprimum educere imperabatur. Omnes enim statim esse in armis, & adversus pastores proficisci iussit. Quamobrem milites, qua quisque potuit celeritate, cum manipularibus suis praesto in armis fuere. Dato igitur signo, & omnibus castris locum capere iussis, solus remansit. Postridie prima luce copias in hostes eduxit. Pagi au-

λεμίους. εἶχε δὲ αὐτοῖς οὕτω τῆς κώμης ἡ θέσις. ὁ Νεῖλος ῥεῖ μὲν ἄνωθεν ἐκ Θηβῶν τῶν Αἰγυπτίων, καὶ ἔστιν ἐς τοσοῦτον ῥέων ἄχρι Μέμφεως, καὶ ἔστι μικρὸν κάτω κέρας. Σύρος ὄνομα τῇ κώμῃ πρὸς τῷ τέλει τοῦ μεγάλου ῥεύματος. ἐντεῦθεν δὲ περιῤῥήγνυται τῇ γῇ, καὶ ἐξ ἑνὸς ποταμοῦ γίγνονται τρεῖς, δύο μὲν ἑκατέρωθεν λελυμένοι, ὁ δὲ εἷς καὶ τὴν γῆν, εἰς τὸ σχῆμα τοῦ Δέλτα ποιῶν, ὥσπερ ἦν ῥέων πρὶν λυθῆ. ἀλλ' οὐδὲ τούτων ἕκαστος τῶν ποταμῶν ἀνέρχεται μέχρι θαλάσσης ῥέων· ἀλλὰ περισχίζεται ἄλλος ἄλλῃ κατὰ πόλεις, καί εἰσιν αἱ σχίσεις μείζονες τῶν παρ' Ἕλλησι ποταμῶν· τὸ δὲ ὕδωρ πανταχοῦ μεμερισμένον οὐκ ἐξασθενεῖ, ἀλλὰ καὶ πλεῖται, καὶ πίνεται, καὶ γεωργεῖται.

ιβ'. Νεῖλος ὁ πολὺς πάντα αὐτοῖς γίνεται, καὶ ποταμὸς, καὶ γῆ, καὶ θάλασσα, καὶ λίμνη· καὶ ἔστιν

tem eius ſitus huiuſmodi eſt. Ex locis, qui ſupra Aegyptias Thebas ſunt, Nilus deſcendit: atque in tantum Memphin uſque prolabitur, parvumque cornu emittit. Qua magnus alveus deſinit, pagus eſt, Syrus nomine; illinc terra iterum finditur: ex unoque fluvii tres efficiuntur: quorum duo liberi utrinque ſeſe effundunt. Tertius eundem, quem antea, curſum tenens, regionem, quae Delta vocatur, ſecat. Neque vero eorum fluviorum aliquis eſt, qui ad mare uſque labatur: ſed alius aliam ad urbem delatus dividitur, ſingulaeque partes Graeciae flumen quodvis magnitudine ſuperant. Et quamquam tot in partes aqua dividitur, non tamen infirmior fit; ſed navigatur, bibitur, aratur.

XII. Iis enim Nilus copioſus eſt omnia, nempe fluvius, terra, mare, palus: admirationeque omnino dignum eſt,

τὸ θέαμα καινὸν, ναῦς ὁμοῦ καὶ δικέλλη, κώπη καὶ ἄροτρον, πηδάλιον καὶ τρόπαιον, ναυτῶν ὁμοῦ καὶ γεωργῶν καταγωγὴ, ἰχθύων ὁμοῦ καὶ βοῶν. ὃ πέπλευκας, φυτεύεις· καὶ ὃ φυτεύεις, τοῦτο τὸ πέλαγος γεωργούμενον. ἔχει γὰρ ὁ ποταμὸς ἐπιδημίας· κάθηται δὲ αὐτὸς Αἰγύπτιος ἀναμένων, καὶ ἀριθμῶν αὐτοῦ τὰς ἡμέρας. καὶ ὁ Νεῖλος οὐ ψεύδεται, ἀλλ' ἔστιν ποταμὸς μετὰ προθεσμίας τὸν χρόνον τηρῶν, καὶ τὸ ὕδωρ μετρῶν, ποταμὸς ἀλῶναι μὴ θέλων ὑπερήμερος. ἔστι δὲ ἰδεῖν ποταμοῦ καὶ γῆς φιλονεικίαν. ἐρίζεται ἀλλήλοις ἑκάτερον, τὸ μὲν ὕδωρ, τοσαύτην γῆν πελαγῶσαι· ἡ δὲ γῆ, τοσαύτην χωρῆσαι γλυκείαν θάλασσαν. καὶ νικῶσι μὲν τὴν ἴσην νίκην οἱ δύο, οὐδαμοῦ δὲ φαίνεται τὸ νικώμενον. τὸ γὰρ ὕδωρ τῇ γῇ συνεκτείνεται· περὶ δὲ τὰς τῶν βουκόλων ταύτας νομὰς, ἀεὶ πολὺς ἐγκάθηται. ὅταν γὰρ τὴν πᾶσαν γῆν πελαγίσῃ, καὶ λίμνας ἐνταῦθα ποιεῖ. αἱ δὲ λίμναι, κἂν ὁ Νεῖλος ἀπέλ-

eodem in loco navim & ligonem, remum & aratrum, temonem & tropaeum, nautarum & agricolarum casas, piscium & boum cubilia spectare. Nam qua navem egisti, illic sementem facis: rursus, ubi sementem fecisti, illic navem agis: longo enim spatio fluvius navigari potest. Eius porro adventum Aegyptii exspectant, ac numerant dies. Et Nilus non fallit homines, sed ad praestitutum tempus se sistens, aquasque dimetiens, minime committit, ut tarditatis accusari possit. Tum vero aquae ac terrae contentionem videre licet, dum illa tantum terrae inundare, haec tantum aquae dulcis absorbere nititur, pari utrinque victoria. Neque enim, quae succumbat, discernitur. Nam terrae magnitudini aqua par fit. In ea vero regione, quam pastores incolunt, multa semper residet. Nam cum eam omnem Nilus inundaverit, paludes efficit: quae dein-

θη, μένουσιν, ἧττον τὸ ὕδωρ ἔχουσαι, τὸν δὲ πηλὸν τοῦ ὕδατος. ἐπὶ ταύτας αὐτοὶ καὶ βαδίζουσι καὶ πλέουσιν, οὐδὲ ναῦς ἑτέρα δύναται πλέειν, ἀλλ' ὅσον ἄνθρωπον ἐπιβῆναι. ἀλλὰ πᾶν τὸ ξένον τοῦτό που ὁ πηλὸς ἐμπίπτων κρατεῖ· τοῖς δὲ μικρὰ μὲν καὶ κοῦφα πλοῖα, καὶ ὀλίγον ὕδωρ αὐτοῖς ἀρκεῖ. εἰ δὲ καὶ τέλεον ἄνυδρον εἴη, ἀράμενοι τοῖς νώτοις οἱ πλωτῆρες τὸ πλοῖον φέρουσιν, ἄχρις ἂν ἐπιτύχωσιν ὕδατος. Ἐν ταύταις δὴ ταῖς λίμναις μέσαι νῆσοί τινές εἰσιν σποράδην πεποιημέναι, αἱ μὲν οἰκοδομημάτων ἔρημοι παπύροις πεφυτευμέναι, τῶν δὲ παπύρων διϊστῶσι αἱ φάλαγγες πεπυκνωμέναι τοσοῦτον ὅσον παρ' ἑκάστην ἄνδρα στῆναι μόνον. τὸ μεταξὺ δὲ τοῦτο τῆς πυκνώσεως αὐτῶν ἄνωθεν ἀναπληροῦσιν αἱ τῶν παπύρων κόμαι. ὑποτρέχοντες οὖν ἐκεῖ, καὶ βουλεύονται, καὶ λοχῶσι, καὶ λανθάνουσι, τείχεσι ταῖς παπύροις χρώμενοι. Εἰσὶ δὲ

ceps illo etiam abeunte remanent, minus quidem aquae continentes, sed limo multo refertae: per quas cum pedibus feruntur, tum etiam naviculis non sane maioribus, quam ut singulos vectare possint. Ac si aliusmodi fuerint, limo illo praepeditae retinentur. Quare parva iis ac levia navigia, & exiguae aquae satis sunt: quod si quandoque aquam deesse contingat, sublatam humeris naviculam asportant, quousque aquam inveniant. Iis in paludibus multae sparsim insulae visuntur: quarum quae habitatoribus carent, papyris refertae sunt, ea ordinum densitate collocatis, ut inter stipitum earum intervalla non amplius quam singuli commorari queant, cum summitates alioqui foliis hinc inde diffusis mutuo sese contingant. Eo se recipientes pastores & consilia ineunt, & insidias struunt, & latent, papyris murorum usum praebentibus. Ex iis insu-

τῶν νήσων τινὲς καλύβας ἔχουσαι, καὶ αὐτοσχέδιον μεμίμηνται πόλιν ταῖς λίμναις τετειχισμέναι. βουκόλων αὗται καταγωγαί. τῶν πλησίον οὖν ἦν μία, μεγέθει καὶ καλύβαις πλείοσι διαφέρουσα. ἐκάλουν δὲ αὐτὴν, οἶμαι, Νίκωχιν. ἐνταῦθα πάντες συνελθόντες ὡς εἰς τόπον ὀχυρώτατον, ἐθάρρουν καὶ πλήθει καὶ τόπῳ. εἷς γὰρ αὐτὴν διεῖργεν στενωπὸς τὸ μὴ πᾶσαν νῆσον γενέσθαι. ἦν δὲ σταδίου μὲν τὸ μέγεθος· τὸ δὲ πλάτος ὀργυιῶν δώδεκα. λίμναι δὲ τῇδε κἀκεῖσε τὴν πόλιν περιέρρεον.

ιγ'. Ἐπεὶ τοίνυν ἑώρων τὸν στρατηγὸν προσπελάζοντα, τεχνάζονταί τι τοιοῦτον. συναγαγόντες πάντας τοὺς γέροντας, καὶ ἐπιθέντες αὐτοῖς ἱκετηρίας ῥάβδους φοινικίνας, ὄπισθεν ἐπιτάττουσι τῶν νεῶν τοὺς ἀκμαιοτάτους, ἀσπίσι καὶ λόγχαις ὡπλισμένους. ἔμελλον δὲ οἱ μὲν γέροντες ἀνίσχοντες τὰς ἱκετηρίας, πετάλων

lis nonnullae paludibus circumdatae tuguriis paſſim aedificatis, in quibus inhabitant paſtores, tumultuariae civitatis ſpeciem prae ſe ferunt. Quarum una propinquior, & magnitudine, & tuguriorum numero, praeſtabat, appellabaturque, ut puto, Nicochis. Illuc tanquam munitiſſimam in arcem profecti, & multitudine & loco confidebant. Semita enim anguſta longitudinis paſſuum CXXV, latitudinis XII, quo minus perfecte inſula eſſet, prohibebat, cum reliquum paludibus circumdatum eſſet.

XIII. Poſteaquam igitur Charmidem propius accedere viderunt, huiuſmodi quiddam commenti ſunt. Convocatis enim ſenibus univerſis, ac palmarum ramis ſupplicum ritu adornatis, iuvenum robuſtiſſimis quibuſque iuſſerunt, ut ſcutis & pilis armati acie ſtructa eos ſequerentur. Ita fiebat, ut ſenes pacis ſigna ferentes ſequentium armatorum

κόμαις καλύψειν τοὺς ὄπισθεν· οἱ δὲ ἑπόμενοι τὰς λόγχας ἐπισύρειν ὑπτίας ὡς ἂν ἥκιστα ὀφθεῖεν. κἂν μὲν ὁ στρατηγὸς πεισθῇ ταῖς τῶν γερόντων λιταῖς, μηδέν τι νεωτερίζειν τοὺς λογχοφόρους εἰς μάχην· εἰ δὲ μή, καλεῖν αὐτὸν ἐπὶ τὴν πόλιν, ὡς σφῶν αὐτοὺς διδόντων εἰς θάνατον. ὅταν δὲ ἐν μέσῳ γένωνται τῷ στενωπῷ, τοὺς μὲν γέροντας ἀπὸ συνθήματος διαδιδράσκειν, καὶ ῥίπτειν τὰς ἱκετηρίας, τοὺς δὲ ὡπλισμένους περιδραμόντας ὅ, τι καὶ δύνανται ποιεῖν. Παρῆσαν οὖν ἐσκευασμένοι τοῦτον τὸν τρόπον, καὶ ἐδέοντο τοῦ στρατηγοῦ, αἰδεσθῆναι μὲν αὐτῶν τὸ γῆρας, αἰδεσθῆναι δὲ τὰς ἱκετηρίας, ἐλεῆσαί τε τὴν πόλιν. ἐδίδοσαν δὲ αὐτῷ ἰδίᾳ μὲν, ἀργυρίου τάλαντα ἑκατὸν, πρὸς δὲ τὴν σατραπείαν ἄγειν ἄνδρας ἑκατὸν, θέλοντας αὐτοὺς ὑπὲρ τῆς πόλεως διδόναι, ὡς ἂν ἔχοι, καὶ πρὸς ἐκείνους λάφυρον φέρειν. καὶ ὁ λόγος αὐτοῖς οὐκ ἐψεύδετο,

agmen frondibus occultarent: iuvenes inclinatas haſtas, quo minime cerni poſſent, poſt ſe traherent: ac, ſi ſenum precibus Charmides annuiſſet, armati a pugna deſiſterent: ſi minus, illum intra urbem advocarent, tanquam illic ſe ipſos interficiendos praebituri: verum ubi ad ſemitae illius anguſtae medium perveniſſent, ſenes dato ſigno abiectis ramis terga darent: armati autem irrumperent, & totis viribus depugnarent. Hunc in modum inſtructi, Charmidi obviam proceſſerunt, ne reverentiam ſenectuti ac palmis debitam violaret, ac civitatis univerſae miſereretur, obteſtantes: daturoſque illi privatim argenti talenta centum, ac viros totidem, ſi civitatem incolumem praeſtaret; adducturos, quos obſidum loco ad Aegypti praefectum cum praeda mittere poſſet, pollicentes. Quae ſane omnia ſine fraude praeſtitiſſent, ſi modo

ἀλλ' ἔδωκαν ἂν, εἰ λαβεῖν ἠβέλησεν. ὡς δὲ οὐ προσίετο τοὺς λόγους· Οὐκοῦν, ἔφασαν οἱ γέροντες, εἰ ταῦτα σοι δέδοκται, οἴσομεν τὴν εἱμαρμένην ἐν κακοῖς. σὺ πάρεχε τὴν χάριν, μὴ ἔξω φονεύσῃς πυλῶν, μηδὲ τῆς πόλεως μακρὰ, ἀλλ' ἐπὶ τὴν πατρῴαν γῆν, ἐπὶ τὴν τῆς γενέσεως ἑστίαν ἄγε, τάφον ἡμῖν ποίησον τὴν πόλιν. ἰδού σοι πρὸς τὸν θάνατον ἡγούμεθα. Ταῦτα ἀκούσας ὁ στρατηγὸς, τὴν μὲν παρασκευὴν τῆς μάχης ἀφίησι· κελεύει δὲ ἔρχεσθαι καθ' ἡσυχίαν τῷ στρατῷ.

ιδ'. Ἦσαν δὲ τῶν πραττομένων σκοποὶ πόρρωθεν, οὓς οἱ βουκόλοι προκαθίσαντες ἐκέλευον, εἰ διαβαίνοντας ἴδοιεν τοὺς πολεμίους, τὸ χῶμα τοῦ ποταμοῦ κόψαντας, ἐπαφεῖναι τὸ ὕδωρ πᾶν τοῖς ἐναντίοις. ἔχει γὰρ οὕτω τὰ τοῦ Νείλου ῥεύματα. καθ' ἑκάστην διώρυχα χῶμα ἔχουσιν Αἰγύπτιοι, ὡς ἂν μὴ πρὸ καιροῦ

conditionem ille accipere voluiſſet. Verum cum in iis audiendis admittendiſque difficilem ſe militum ductor praeberet: Fatum igitur, ſi ita tibi decretum eſt, inquiunt ſenes, feremus. Tu hiſce malis id ſaltem beneficii loco nobis concede, ut ne extra urbem, neu procul ab ea nos interimas: ſed in parentum noſtrorum ſedes, & in eas, unde ortum duximus, domos ducas, efficiaſque, ut civitas nobis ipſa ſepultura ſit. Nos noſtrae tibi necis duces ſumus. Haec Charmides cum audiviſſet, copias pugnandi gratia adductas dimiſit, atque ad exercitum ſine tumultu abire iuſſit.

XIV. Collocaverant autem paſtores nonnullos, qui, quae gerebantur, procul obſervarent: iiſque iniunxerant, ut, cum primum appropinquantes hoſtes vidiſſent, fluminis aggere caeſo aquam in eos immitterent. Quippe Nili defluxus ita habent. Singulae foſſae aggeribus obſtructae ſunt, ne, antequam tempus poſtulet, effuſus fluvius

τῆς χρείας ὑπερέχων ὁ Νεῖλος τὴν γῆν ἐπικλύση. ὅταν δὲ δεηθῶσιν ἀρδεῦσαι τὸ πεδίον, ἀνέῳξαν ὀλίγον τοῦ χώματος, εἰς ὃ σαλεύεται. Ἦν οὖν τῆς κώμης ὄπισθεν διώρυξ τοῦ ποταμοῦ μεγάλη καὶ πλατεῖα. ταύτην οἱ τεταγμένοι τὸ ἔργον, ὡς εἶδον εἰσιόντας τοὺς πολεμίους, διακόπτουσι ταχὺ τὸ χῶμα τοῦ ποταμοῦ. πάντ' οὖν ὁμοῦ γίνεται· οἱ μὲν γέροντες οἱ κατὰ πρόσωπον ἄφνω διίστανται· οἱ δὲ τὰς λόγχας ἐγείραντες ἐκτρέχουσιν· τὸ δὲ ὕδωρ ἤδη παρῆν. καὶ ὤχοντο μὲν αἱ λίμναι πάντοθεν οἰδοῦσαι. ὁ δὲ ἰσθμὸς ἐπεκλύζετο, πάντα δὲ ἦν ὥσπερ θάλασσα. ἐμπεσόντες οὖν οἱ βουκόλοι, τοὺς μὲν κατὰ πρόσωπον, καὶ τὸν στρατηγὸν αὐτὸν διαπείρουσι ταῖς λόγχαις, ἀπαρασκεύους τε ὄντας, καὶ πρὸς τὸ ἀδόκητον τεταραγμένους. τῶν δ' ἄλλων ἀδιήγητος θάνατος ἦν. οἱ μὲν γὰρ εὐθὺς ἐκ πρώτης προσβολῆς μηδὲ κινήσαντες τὰς αἰχμὰς ἀπώλλυντο· οἱ δὲ οὐ λαβόντες σχολὴν ἀμύνασθαι· ἅμα γὰρ

terram inundet: quos, cum irriganda planicies eſt, Aegyptii demoliuntur: ac tum aqua effunditur. Poſt eum pagum longa lataque foſſa erat: cuius aggerem, qui ei praeerant, ſimulatque adventantes hoſtes conſpexerunt, ſtatim demoliti ſunt. Eodemque tempore omnia ſimul facta ſunt: ſenes, qui praecedebant, in diverſa abierunt, reliqui vero haſtis proiectis impetum fecerunt: aquae paſſim excreverunt. Iam paludes undique tumentes exundabant: anguſtuſque aditus aquis obruebatur, ita ut omnia mare eſſe viderentur. Paſtores, impetu facto, obvios quoſque, atque ipſum inprimis ductorem, imparatos & inopinato eventu perterrefactos pilis confixerunt. Aliorum vero pereundi modus enarrari nequit. Alii enim primo ſtatim congreſſu, nullo ad declinanda tela, aut ad referiendum hoſtem ſpatio dato perierunt: puncto enim temporis eo-

ἐμάνθανον καὶ ἔπασχον. ἐνίους δὲ ἔφθανε τὸ παθεῖν πρὸ τοῦ μαθεῖν. οἱ δὲ ὑπ' ἐκπλήξεως παραλόγου τὸν θάνατον εἱστήκεισαν περιμένοντες· οἱ δὲ καὶ κινηθέντες μόνον κατωλίσθαινον ὑποσκελίζοντος αὐτοὺς τοῦ ποταμοῦ· οἱ δὲ καὶ φεύγειν ὁρμήσαντες, εἰς τὸ βαθὺ τῆς λίμνης ἐκκυλισθέντες ὑπεσύρησαν. τῶν μὲν γὰρ ἐπὶ τῆς γῆς ἑστώτων, τὸ ὕδωρ ἦν ἄχρις ὀμφαλοῦ, ὥστε καὶ ἀνέκρουεν αὐτῶν τὰς ἀσπίδας, καὶ ἐγύμνου πρὸς τὰ τραύματα τὰς γαστέρας. τὸ δὲ κατὰ τὴν λίμνην ὕδωρ, παντὸς ὑπὲρ κεφαλὴν ἀνδρὸς ἦν. διακρῖναι δὲ οὐκ ἦν, τί λίμνη καὶ τί πεδίον· ἀλλὰ καὶ ὁ διὰ τῆς γῆς τρέχων δέει τοῦ μὴ διαμαρτεῖν, βραδύτερος ἦν πρὸς τὴν φυγήν, ὥστε ταχέως ἡλίσκετο· καὶ ὁ κατὰ τῆς λίμνης πλανηθεὶς, δόξας γῆν εἶναι, κατεδύετο. καὶ ἦν καινὰ ἀτυχήματα καὶ ναυάγια τοσαῦτα, καὶ ναῦς οὐδαμοῦ. ἀμφότερα δὲ καινὰ καὶ παράλογα, ἐν ὕδατι

dem & quae fierent cognoverunt, & ceciderunt: nonnulli etiam prius, quam cognoscerent, caesi sunt: quidam, subito metu perculsi, mortem immoti exspectabant: aliqui vixdum se loco moventes delabebantur, fluminis aqua eos deturbante: multi, fugam arripere conati, in paludis fundo mergebantur: iam enim aqua eorum, qui in terra erant, umbilicum pertingebat ita, ut clypeorum usum adimeret, latusque ad vulnera nudaret; eorum vero, qui in palude, caput omnino superabat: nec, ubi aut palus esset, aut campus, dignosci amplius poterat. Itaque, qui per terram currebat, errare timens, ad fugam segnior reddebatur, eoque in hostium brevi manus deveniebat: qui per paludem ferebatur, in terra se esse putans demergebatur. Nova procul dubio infortunii ac naufragii genera illa erant, cum nullibi navis cerneretur: neque tantum nova, sed humanam etiam cogitationem vin-

πεζομαχία, καὶ ἐν τῇ γῇ τὰ ναυάγια. οἱ μὲν δὴ τοῖς πεπραγμένοις ἐπαρθέντες μέγα ἐφρόνουν, ἀνδρεία νομίζοντες κεκρατηκέναι, καὶ οὐκ ἀπάτῃ κλοπῇ. ἀνὴρ γὰρ Αἰγύπτιος, καὶ τὸ δειλὸν, ὅπου φοβεῖται, δεδούλωται, καὶ τὸ μάχιμον, ἐν οἷς θαῤῥεῖ, παρώξυνται· ἀμφότερα δὲ οὐ κατὰ μέτρον, ἀλλὰ τὸ μὲν ἀσθενέστερον δυστυχεῖ, τὸ δὲ προπετέστερον κρατεῖ.

ιε'. Δέκα δὲ τῇ Λευκίππῃ διεληλύθεισαν ἡμέραι τῆς μανίας, ἡ δὲ νόσος οὐκ ἐκυφίζετο. ἅπαξ οὖν ποτε καθευδούσα, ταύτην ἀφίησιν προπολουμένην τὴν φωνήν· [1] Διὰ σὲ μαίνομαι, Γοργία. Ἐπεὶ οὖν ἠὼς ἐγένετο, λέγω τῷ Μενελάῳ τὸ λεχθὲν, καὶ ἐσκόπουν εἴ τις εἴη που κατὰ τὴν κώμην Γοργίας. Προελθοῦσι δ' ἡμῖν νεανίσκος προσέρχεταί τις, καὶ προσαγορεύσας με· Σωτὴρ ἥκω σοι, ἔφη, καὶ τῆς σῆς γυναικός. Ἐκ-

centia: in aqua enim terreſtris pugna committebatur, & in terra naufragium fiebat. Hoc ſucceſſu elati paſtores mirum in modum gloriabantur, virtute, non fraude, victoriam ſe adeptos eſſe arbitrantes. Aegyptiorum enim gens periculoſis in rebus animum abiicit, in ſecuris autem ſpiritus ſumit. In quo non eundem modum ſervat. Nam aut ignaviſſime cedit, aut ſuperbiſſime dominatur.

XV. Iam decimus a Leucippes inſania dies praeterierat, nec de magnitudine ſua morbus quidquam remiſerat, cum ardentem hanc vocem dormiens aliquando tandem emiſit: Ob tuam, o Gorgia, cauſam deſipui. Id quod ego, ſimulac dies illuxit, Menelao retuli, cogitans eſſetne in vico illo Gorgias nomine aliquis. Interea dum e tentorio egrederemur, obviam nobis adoleſcens quidam fit, meque ſalutato: Tui ego, inquit, tuaeque uxoris ſerva-

1 Προπολουμένην τὴν φωνὴν) Reduxi quorundum lectionem, προπολουμένην. Alii: πυρπολουμένην. Sed alterum firmant ſeqq. δαίμων γάρ μοί τις αὐτὸν ἐμήνυσε νύκτωρ· σὺ δὲ διηγητὴς γενοῦ τῶν θείων μηνυμάτων.

πλαγεὶς οὖν, καὶ θεόπεμπτον εἶναι νομίτας τὸν ἄνθρωπον, Μὴ Γοργίας, εἶπον, τυγχάνεις; Οὐ μὲν οὖν, εἶπεν, ἀλλὰ Χαιρέας· Γοργίας γάρ σε ἀπολώλεκεν. Ἔτι μᾶλλον ἔφριξα, καὶ λέγω· Τίνα ταύτην ἀπώλειαν, καὶ τίς ἐστιν ὁ Γοργίας; δαίμων γάρ μοί τις αὐτὸν ἐμήνυσε νύκτωρ· σὺ δὲ διηγητὴς γενοῦ τῶν θείων μηνυμάτων. Γοργίας ἦν μὲν, ἔφη, Αἰγύπτιος στρατιώτης· νῦν δὲ οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἔργον γέγονε τῶν βουκόλων. ἦρα δὲ τῆς σῆς γυναικός. ὧν δὲ φύσει φαρμακεὺς, σκευάζει τι φάρμακον ἔρωτος, καὶ πείθει τὸν διακονούμενον ὑμῖν Αἰγύπτιον λαβεῖν τὸ φάρμακον, καὶ ἐγκαταμίξαι τῷ τῆς Λευκίππης ποτῷ. λανθάνει δὲ ἀκράτῳ χρησάμενος τῷ φαρμάκῳ, καὶ τὸ φίλτρον εἰς μανίαν αἴρεται. ταῦτα γάρ μοι χθὲς ὁ τοῦ Γοργίου θεράπων διηγήσατο, ὃς ἔτυχε μὲν αὐτῷ συστρατευσάμενος

tor adfum. Quamobrem obftupefactus, hominemque a Deo miffum exiftimans: Num tu, inquam, Gorgias es? Minime, inquit ille, fed Chaerea. Gorgias is fuit, qui calamitatem tibi peperit. Cum ego maiori etiam ftupore oppreffus, Quaenam, inquam, haec calamitas, aut quis hic Gorgias eft? Deus enim me, nefcio quis, noctu admonuit. Age itaque tu, quid fibi divina haec monita velint, expone. Tum ille: Gorgias, inquit, Aegyptius miles fuit: qui nunc quidem effe defiit, a paftoribus videlicet interemtus. Is uxoris tuae amore tenebatur. Cumque natura veneficiis deditus effet, amatoriam potionem comparavit, ac Aegyptio veftro adminiftratori perfuafit, ut eam Leucippes potui infunderet. Verum ita cafus attulit, ut valentiore imprudens pharmaco ufus fit, ac pro amante infanam reddiderit. Haec omnia eius ipfius Gorgiae famulus heri mihi narravit, qui forte cum eo in bello, quod

ἐπὶ τοὺς βουκόλους· ἔσωσεν δὲ αὐτὸν εἰκὸς ὑπὲρ ὑμῶν ἡ τύχη· αἰτεῖ δὲ χρυσοῦς τέτταρας ὑπὲρ τῆς ἰάσεως· ἔχει γάρ, φησὶν, ἑτέρου φαρμάκου σκευὴν, δι' οὗ λύσει τὸ πρότερον. Ἀλλὰ σοὶ μὲν, ἔφην, ἀγαθὰ γένοιτο τῆς διακονίας· τὸν δὲ ἄνθρωπον, ὃν λέγεις, ἄγε πρὸς ἡμᾶς. Καὶ ὁ μὲν ἀπῆλθεν, ἐγὼ δὲ πρὸς τὸν Αἰγύπτιον εἰσελθὼν, τύπτων τε αὐτὸν πυξ κατὰ τῶν προσώπων, καὶ δευτέραν δὲ καὶ τρίτην, θορυβῶν δ' ἅμα καὶ λέγων, εἶπον· Τί δέδωκας Λευκίππῃ; καὶ πόθεν μαίνεται; Ὁ δὲ φοβηθεὶς, καταλέγει πάντα, ὅσα ἡμῖν ὁ Χαιρέας διηγήσατο. Τὸν μὲν οὖν εἴχομεν ἐν φυλακῇ καθείρξαντες.

ιστ'. Κἂν τούτῳ παρῆν ὁ Χαιρέας ἄγων τὸν ἄνθρωπον. λέγω οὖν πρὸς ἀμφοτέρους· Τοὺς μὲν τέτταρας χρυσοῦς ἤδη λάβετε μισθὸν ἀγαθῆς μηνύσεως. ἀκούσατε δὴ ὡς ἔχω περὶ τοῦ φαρμάκου. ὁρᾶτε ὡς

contra paſtores geſtum eſt, militabat: illumque veſtra cauſa fuiſſe a fortuna ſervatum, ſimile vero videtur. Is pro reddenda incolumitate nummos aureos quatuor dari ſibi petit, medicamentum habere ſe affirmans, quod prioris vim ſolvat. Atqui tibi quoque, inquam ego, pro beneficio iſto gratia referetur. Verum hunc, quem dicis, hominem arceſſe. Atque ille quidem abiit: ego vero Aegyptium miniſtrum domi conveniens, pugnis in faciem iterum ac tertio percuſſi, ac minaci voce: Quidnam Leucippae dediſti? unde inſanit? Tum perterrefactus ille, quae ex Chaereae ſermone didiceram, omnia enarravit. Hominem itaque in cuſtodiam dedimus.

XVI. Interea cum Gorgiae famulo Chaerea reverſus eſt: quibus pecuniam ſtatim diſſolvens, Evangelia, inquam, accipite: ſed, quae mea de medicamento veſtro ſententia ſit, audite. Praeſentium puellae huius malorum

καὶ τῶν παρόντων τῇ γυναικὶ κακῶν αἴτιον γέγονε φάρμακον. οὐκ ἀκίνδυνον δὲ ἐπιφαρμάσσειν τὰ σπλάγχνα ἤδη πεφαρμαγμένα. φέρε, εἴπατε, ὅ, τι καὶ ἔχει τὸ φάρμακον τοῦτο, καὶ παρόντων ἡμῶν σκευάσατε· χρυσοῖ δὲ ὑμῖν ἄλλοι τέτταρες μισθὸς, ἂν οὕτω ποιῆτε. Καὶ ὁ ἄνθρωπος, Δίκαια, ἔφη, φοβῇ· τὰ δὲ ἐμβαλλόμενα κοινὰ, καὶ πάντα ἐδώδιμα· καὶ αὐτὸς δὲ τούτων ἀπογεύσομαι τοσοῦτον, ὅσον καὶ ἡ γυνὴ λάβοι. Καὶ ἅμα κελεύει τινὰ πριάμενον κομίζειν, ἕκαστον εἰπών. ὥστε ταχὺ μὲν ἐκομίσθη, παρόντων δὲ ἡμῶν συνέτριψεν πάντα ὁμοῦ, καὶ δίχα διελών· Τὸ μὲν αὐτὸς, ἔφη, πίομαι πρῶτος, τὸ δὲ δώσω τῇ γυναικί. κοιμηθήσεται δὲ πάντως δι' ὅλης νυκτὸς λαβοῦσα· περὶ δὲ τὴν ἕω καὶ τὸν ὕπνον καὶ τὴν νόσον ἀποθήσεται. Λαμβάνει δὴ τοῦ φαρμάκου πρῶτος αὐτὸς, τὸ δὲ λοιπὸν κελεύει περὶ τὴν ἑσπέραν δοῦναι πιεῖν. Ἐγὼ δὲ

causam potionem fuisse scitis: idcirco minime tutum existimo, ut infectam pharmaco alvum aliis rursum medicaminibus irritemus. Agitedum ergo, quid hoc in medicamento insit, denuntiate, ac praesentibus nobis parate. Quod si feceritis, alteram tantam pecuniam vobis muneri dabo. Tum famulus ille, Iuste, inquit, formidas. Ceterum, quae paranda sunt, communia & esui apta omnia credas velim: ego tantum mihi ex iis sumam, quantum puellae daturus sum. Ac statim quendam singula nominatim emtum ire, atque afferre iussit, aliaque omnia spectantibus nobis contrivit; duabusque partibus factis, Hanc, inquit, prior ipse bibam: alteram mulieri dabo: quae, illa epota, totam omnino noctem dormiet. Adventante luce, & somno & morbo liberabitur. Ita primus ipse potionem hausit: reliquum ut vesperi puellae dare-

ἄπειμι, ἔφη, κοιμηθησόμενος· τὸ γὰρ Φάρμακον οὕτω βούλεται. Ταῦτα εἰπὼν ἀπῆλθε, τοὺς τέτταρας χρυσοῦς παρ' ἐμοῦ λαβών. Τοὺς δὲ λοιποὺς, ἔφην, δώσω, εἰ ῥαΐσειεν ἐκ τῆς νόσου.

ιζ'. Ἐπεὶ οὖν καιρὸς ἦν πιεῖν αὐτὴν τὸ Φάρμακον, ἐγχέας, προσηυχόμην αὐτῷ· Ὦ γῆς τέκνον, Φάρμακον, ὦ δῶρον Ἀσκληπιοῦ, ἀληθεύσοιέν σου τὰ ἐπαγγέλματα, εὐτυχέστερόν μοι γενοῦ καὶ σῶζέ μου τὴν φιλτάτην. νίκησον τὸ βάρβαρον ἐκεῖνο καὶ ἄγριον Φάρμακον. Ταῦτα δοὺς τῷ Φαρμάκῳ τὰ συνθήματα, καὶ καταφιλήσας τὸ ἔκπωμα, δίδωμι τῇ Λευκίππῃ πιεῖν. ἡ δὲ, ὡς ὁ ἄνθρωπος εἶπε, μετὰ μικρὸν ἔκειτο καθεύδουσα. κἀγὼ παρακαθήμενος, ἔλεγον πρὸς αὐτὴν ὡς ἀκούουσαν· Ἆρά μοι σωφρονήσειας ἀληθῶς; ἆρά μέ ποτε γνωρίσειας; ἆρά σου τὴν φωνὴν ἐκείνην ἀπολήψομαι; μάντευσαί τι καὶ νῦν καθεύδουσα. καὶ γὰρ χθὲς

tur, praecepit: seque, quoniam ita potio cogeret, dormitum ire testatus, nummis quatuor acceptis abiit. Nam reliquos, simulatque Leucippe convaluisset, numeraturum me promiseram.

XVII. Posteaquam dandi medicamenti tempus venit, illud ego miscens, ita sum allocutus: O terra genita, atque ab Aesculapio mortalium generi primum data medicina, utinam, quae mihi de te promissa fuerunt, vera sint! tu mihi propitia esto, devictoque barbaro & agresti veneno illo, carissimam puellam incolumem reddito. Hac medicinae tessera data, poculoque dissuaviato, puellae potionem dedi, quam non ita multo post somnus, uti vir ille praesignificarat, complexus est. Ac tum ego ei assidens dormientem, quasi audiret, ita propemodum affatus sum: Verene tu nunc respicies? Ecquid tu me agnoscis? ecquid ego vocem tuam audiam? Age, iam aliquid etiam

τοῦ Γοργίου κατεμαντεύσω. δικαίως εὐτυχεῖς ἄρα· μᾶλλον κοιμωμένη. γρηγοροῦσα μὲν γὰρ μανίαν δυστυχεῖς· τὰ δὲ ἐνύπνιά σου σωφρονεῖ. Ταῦτα μου διαλεγομένου ὡς πρὸς ἀκούουσαν Λευκίππην, μόλις ἡ πολύευκτος ἠὼς ἀναφαίνεται, καὶ ἡ Λευκίππη φθέγγεται, καὶ ἦν ἡ φωνὴ Κλειτοφῶν. Ἀναπηδήσας οὖν πρόσειμί τε αὐτῇ, καὶ πυνθάνομαι πῶς ἔχει. ἡ δὲ ἐώκει μὲν μηδὲν ὧν ἔπραξεν ἐγνωκέναι. τὰ δεσμὰ δὲ ἰδοῦσα ἐθαύμαζεν, καὶ ἐπυνθάνετο τίς ὁ δήσας εἴη; ἐγὼ δὲ ἰδὼν σωφρονοῦσαν, ὑπὸ πολλῆς χαρᾶς, ἔλυον μὲν μετὰ θορύβου τὰ δεσμά· μετὰ ταῦτα δὲ ἤδη τὸ πᾶν αὐτῇ διηγοῦμαι. ἡ δὲ ἠσχύνετο ἀκροωμένη, καὶ ἠρυθρία, καὶ ἐνόμιζε τότε αὐτὰ ποιεῖν. τὴν μὲν οὖν ἀνελάμβανον παραμυθούμενος. τοῦ δὲ Φαρμάκου τὸν μισθὸν ἀποδίδωμι μάλα ἀσμένως. ἦν δὲ τὸ πᾶν ἡμῖν

nunc in ſomnis vaticinare: nam heri quoque de Gorgia divinaſti. Magna tua merito eſt vigilantis felicitas, ſed dormientis maior: vigilantem enim inſania miſeram reddit; dormientis autem inſomnia prudentiam prae ſe ferunt. Haec me, tanquam cum audiente puella, colloquente, tandem optata dies illuxit: Leucippeque tum vocem mittens me nomine appellavit. Exſiliens itaque, & propior factus, ut valeret, rogavi. At illa nihil eorum, quae geſſerat, ſcire mihi viſa eſt: ſed vinctam ſe cernens admirabatur: &, a quo vincta fuiſſet, quaerebat. Tunc ego mentis compotem factam eam intelligens, ac prae nimio gaudio geſtiens, vincula ſolvi, omniaque, uti acta fuerant, aperui. Quae cum audiret, rubore ſuffundebatur, ac ſe tum etiam inſanire putabat. Quocirca conſolans illam bono eſſe animo iuſſi, & medicamenti pretium perlibenter exſolvi. Viaticum enim omne nobis incolume in

ἐφόδιον σῶον. ὁ γὰρ Σάτυρος ἔτυχεν ἐζωσμένος, ὅτε ἐναυαγήσαμεν. οὐκ ἀφήρητο δὲ ὑπὸ τῶν λῃστῶν οὔτε αὐτὸς, οὔτε ὁ Μενέλαος, οὐδὲν, ὧν εἶχεν.

ιή. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ τοὺς λῃστὰς ἐπελθοῦσα δύναμις μείζων ἀπὸ τῆς μητροπόλεως παρεστήσατο, καὶ πᾶσαν αὐτῶν εἰς ἔδαφος κατέστρεψε τὴν πόλιν. Ἐλευθερωθέντος δὲ τοῦ ποταμοῦ τῆς τῶν βουκόλων ὕβρεως, παρεσκευαζόμεθα τὸν ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν πλοῦν. συνέπλει δὲ ἡμῖν καὶ ὁ Χαιρέας, Φίλος ἤδη γενόμενος ἐκ τῆς τοῦ Φαρμάκου μηνύσεως. ἦν δὲ τὸ μὲν γένος ἐκ τῆς νήσου τῆς Φάρου, τὴν δὲ τέχνην ἁλιεὺς, ἐστρατεύετο δὲ μισθῷ κατὰ τῶν βουκόλων τὴν ἐν ταῖς ναυτὶ στρατείαν. ὥστε μετὰ τὸν πόλεμον τῆς στρατείας ἀπήλλακτο. Ἦν οὖν ἐξ ἀπλοίας μακρᾶς πλεόντων πάντα μεστὰ, καὶ πολλή τις ὄψεως ἡδονὴ, ναυτῶν ᾠδὴ, πλωτήρων κρότος, χορεία νεῶν, καὶ ἦν ἅπας

ipso etiam naufragio Satyrus praestiterat: nec post aut ipse, aut Menelaus, aut e suo quidquam in latronum potestate remanserat.

XVIII. Interea copiae maiores a principe civitate adversus latrones immissae sunt: quae urbem illorum universam funditus everterunt. Flumine a pastorum iniuria liberato, Alexandriam petere instituimus, adiuncto nobis Chaerea: quem in aere nostro ob factum potionis indicium receperamus. Erat is ex insula Pharo piscator; sed qui tunc adversus pastores in exercitu navali stipendia merebat, & confecto bello dimissus fuerat. Itaque cum latronum metu multum temporis navigatio intermissa fuisset, iis devictis omnia navigantibus completa sunt: videntibusque magnam afferebant voluptatem nautarum cantus, vectorum plausus, navium ordo, & fluminis celebritas.

ὁ ποταμὸς ἑορτή· ἐῴκει δὲ ὁ πλοῦς κωμάζοντι ποταμῷ· ἔπινον δὲ καὶ τοῦ Νείλου τότε πρῶτον ἄνευ τῆς πρὸς οἶνον ὁμιλίας, κρίναι θέλων τοῦ πόματος τὴν ἡδονήν· οἶνος γὰρ φύσεως ὕδατος κλοπή. ἀρυσάμενος οὖν ὑαλου τῆς διαφανοῦς κύλικα, τὸ ὕδωρ ἑώρων ὑπὸ λευκότητος πρὸς τὸ ἔκπωμα ἀμιλλώμενον, καὶ τὸ ἔκπωμα νικώμενον. γλυκὺ δὲ πινομενον ἦν καὶ ψυχρὸν ἐν μέτρῳ τῆς ἡδονῆς. οἶδα γὰρ ἐνίους τῶν παρ' Ἕλλησι ποταμῶν καὶ τιτρώσκοντας. τούτῳ συνέκρινον αὐτοὺς τῷ ποταμῷ. διὰ τοῦτο αὐτὸν ἄκρατον ὁ Αἰγύπτιος πίνων οὐ φοβεῖται, Διονύσου μὴ δεόμενος. ἐθαύμασα δὲ αὐτοῦ καὶ τὸν τρόπον τοῦ ποτοῦ. οὔτε γὰρ ἀρύσαντες πίνειν ἐθέλουσιν, οὔτε ἐκ πωμάτων ἀνέχονται, ἔκπωμα αὐτουργὸν ἔχοντες. ἔκπωμα γὰρ αὐτοῖς ἐστιν ἡ χείρ. εἰ γαρ τις αὐτῶν διψήσει, πλέων προκύψας ἐκ τῆς νεὼς τὸ μὲν πρόσωπον εἰς τὸν ποταμὸν προβέβληκεν, τὴν δὲ χεῖρα εἰς τὸ ὕδωρ καθῆκεν, καὶ κοίλην βα-

Sane autem diem feſtum agenti fluvio ſimilis navigatio videbatur. Atque ego Nili ſuavitatem cognoſcere cupiens, illius aquam eo primum die, nullo admixto vino, bibi: vinum enim impedimento eſt, quo minus aquae natura percipiatur. Vitreo igitur ſcypho maxime perſpicuo repleto, aquam cum poculo candore contendere ac ſuperiorem evadere animadverti. Bibenti autem & dulcis erat, & ſine iniucunditate frigida: quaedam enim in Graecia flumina eſſe ſcio adeo frigida, ut bibentibus moleſta ſint. Ea ego tanto fluvio comparabam. Hinc porro fit, ut Aegyptii, aquarum huiuſmodi copiam ſuppedirante Nilo, vini penuriam haud metuant. Quin etiam ipſum bibendi modum admiratus ſum. Neque enim cadis, aut poculis, ſed ſua ipſorum manu bibituri utuntur: ſi enim navigantium aliquis ſitiat, in flumen e navi ſe inclinans, ma-

πτίσας καὶ πλησάμενος ὕδατος, ἀκοντίζει κατὰ τοῦ στόματος τὸ πόμα, καὶ τυγχάνει τοῦ σκοποῦ· τὸ δὲ κεχηνὸς, περιμένει τὴν βολὴν, καὶ δέχεται, καὶ κλείεται, καὶ οὐκ ἐᾷ τὸ ὕδωρ αὖθις ἔξω πεσεῖν.

ιθ'. Εἶδον δὲ καὶ θηρίον ἄλλο τοῦ Νείλου, ὑπὲρ τὸν ἵππον τὸν ποτάμιον εἰς ἀλκὴν ἐπαινούμενον. κροκόδειλος δὲ ὄνομα ἦν αὐτῷ. παρήλλακτο δὲ καὶ τὴν μορφὴν εἰς ἰχθὺν ὁμοῦ καὶ θηρίον μέγα. μέγας μὲν γὰρ ἐκ κεφαλῆς εἰς οὐρὰν, τὸ δὲ εὖρος τοῦ μεγέθους οὐ κατὰ λόγον. δορὰ δὲ φολίσι ῥυσῇ, πετραίᾳ δὲ τῶν νώτων ἡ χροιὰ καὶ μέλαινα, ἡ γαστὴρ δὲ λευκή· πόδες τέτταρες, εἰς τὸ πλάγιον ἠρέμα κυρτούμενοι, καθάπερ χερσαία χελώνη· οὐρὰ μακρὰ καὶ παχεῖα, καὶ ἐοικυῖα στερεῷ σώματι. οὐ γὰρ ὡς τοῖς ἄλλοις περίκειται θηρίοις, ἀλλ' ἔστι τῆς ῥάχεως ἐν ὀστοῦν τελευτὴ, καὶ μέρος αὐτοῦ τῶν ὅλων. ἐντέτμηται δὲ εἰς ἀκάνθας ἄνωθεν ἀναιδεῖς, οἷαι τῶν πριόνων εἰσὶν αἱ αἰχμαί. αὖ-

num cavam demergit, hauſtamque aquam in os iaculatur, minime a ſcopo aberrans: illud autem patens iactum exſpectat, ſuſcipitque: dein clauditur, & aquam excidere non ſinit.

XIX. Ceterum aliud etiam animal vidi, ferocia Nili equo praeſtantius. Crocodilo ei nomen eſt: forma vero cum piſcis, tum belluae terreſtris magnae. Longum enim inter caput & caudam ſpatium intercedit: ſed longitudini latitudo proportione haudquaquam reſpondet. Cutis eius ſquamis aſpera eſt. Dorſum petrae ſimile, ac nigrum: alvus candida: pedes ipſi quatuor in obliquum deflexi, quales teſtudinis terreſtris. Cauda longa, craſſa, ſolidoque corpori ſimilis. Neque enim, ut in aliis animalibus habetur, eſt, ſed oſſe uno, qui ſpinae finis, ac natium pars eſt, conſtat, aſperis in ſuperiore parte acuminibus, ut ſunt ſerrae dentes, referta, & qua flagelli loco in capienda

τῃ δὲ αὐτῷ καὶ μάστιξ ἐπὶ τῆς ἄγρας γίνεται. τύπτει γὰρ αὐτῇ πρὸς οὓς ἂν διαπαλαίῃ, καὶ πολλὰ ποιεῖ τραύματα πληγῇ μιᾷ. κεφαλὴ δὲ αὐτῷ τοῖς νώτοις συμφύεται, καὶ εἰς μίαν στάθμην ἰθύνεται· ἔκλεψε γὰρ αὐτοῦ τὴν δειρὰν ἡ φύσις. ἔστιν δὲ τοῦ λοιποῦ βλοσυρωπότερος τὰ στόματα, καὶ ἐπιπλεῖον ἐπὶ τὰς γένυς ἐκτείνεται καὶ ἀνοίγεται πᾶσα. τὸν μὲν γὰρ ἄλλον χρόνον, παρ' ὅσον οὐκ ἔχῃνε τὸ θηρίον, ἔστι κεφαλή· ὅταν δὲ χάνῃ πρὸς τὰς ἄγρας, ὅλος στόμα γίνεται. ἀνοίγει δὲ τὴν γένυν τὴν ἄνω, τὴν δὲ κάτω στερεὰν ἔχει, καὶ ἀπόστασίς ἐστι πολλὴ, καὶ μέχρι τῶν ὤμων τὸ χάσμα, καὶ εὐθὺς ἡ γαστήρ. ὀδόντες δὲ πολλοὶ, καὶ ἐπὶ πλεῖστον τεταγμένοι. φασὶ δὲ ὅτι τὸν ἀριθμὸν τυγχάνουσιν, ὅσας ὁ θεὸς εἰς ὅλον ἔτος ἀναλάμπει τὰς ἡμέρας. ἂν δὲ ἐκπεράσῃ πρὸς τὴν γῆν, ὅσον ἔχει δυνάμεως, ἀπιστήσεις ἰδὼν τὴν τοῦ σώματος ὀλκήν.

praeda utatur: illa enim feras, quibuſcum pugnat, percutit, multaque uno ictu vulnera imponit. Caput humeris adiunctum, & ad amuſſim directum eſt: natura quippe collum eius occuluit. Reliquum corpus horribile eſt, praeſertim cum maxillae diducuntur, & os totum aperitur. Quamdiu enim bellua non hiat, caput illi eſt: in hiando vero ad praedam capiendam os totum fit: tumque ſuperiorem tantum genam movet, inferiorem autem nequaquam. Porro hiatus ingens eſt, utpote qui ad humeros uſque protenditur, eique ſtatim ſubiicitur venter. Dentes habet multos, longa ſerie pectinatim ſeſe ſtipantes: quos quidem, cum ad numerum rediguntur, tot reperiri aiunt, quot dies integro anno Deus illuſtrat. Quantis autem viribus polleat, ſi corporis molem tum, cum in terram egreditur, ſpectes, minime utique credas.

ΛΟΓΟΣ ΠΕΜΠΤΟΣ.

Τριῶν δὲ πλεύσαντες ἡμερῶν εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἤλθομεν. Ἀνιόντι δέ μοι κατὰ τὰς ἡλίου καλουμένας πύλας, συνηντᾶτο εὐθὺς τῆς πόλεως ἀστράπτον τὸ κάλλος, καί μου τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐγέμισεν ἡδονῆς. στάθμη μὲν κιόνων ὄρθιος ἑκατέρωθεν ἐκ τῶν ἡλίου πυλῶν, ἐς τὰς σελήνης πύλας· οὗτοι γὰρ τῆς πόλεως οἱ πυλωροί. ἐν μέσῳ δὴ τῶν κιόνων, τῆς πόλεως τὸ πεδίον. ὁδὸς δὲ διὰ τοῦ πεδίου πολλὴ, καὶ ἔνδημος ἀποδημία. Ὀλίγους δὲ τῆς πόλεως σταδίους προελθὼν, ἦλθον εἰς τὸν ἐπώνυμον Ἀλεξάνδρου τόπον. εἶδον δὲ ἐντεῦθεν ἄλλην πόλιν, καὶ σχιζόμενον ταύτῃ τὸ κάλλος. ὅσος γὰρ κιόνων ὄρχατος ἐς τὴν εὐθυωρίαν, τοσοῦτος ἕτερος εἰς τὰ ἐγκάρσια. ἐγὼ δὲ μερίζων τοὺς ὀφθαλ-

LIBER QUINTUS.

Confecto tandem trium dierum ſpatio, Alexandriam nave delati ſumus: mihique Solis, quas vocant, portas introëunti mira quaedam urbis pulchritudo offertur, & voluptate oculos complevit. A Solis enim ad Lunae uſque portas, in eorum autem Deorum tutela portae ipſae ſunt, recta columnarum ſeries utrinque protendebatur. Quarum in medio forum ſitum erat, a quo viae multae ducebantur, adeo, ut ipſe in urbe perambulans populus, peregrinationem quodammodo ſuſcepiſſe videretur. Illinc aliquot urbis ſtadia progreſſus, ad eum locum, cui ab Alexandro nomen eſt, perveni: aliamque civitatem vidi, cuius pulchritudo hoc pacto diſtincta erat, ut quam longus eſſet columnarum in rectum diſpoſitarum ordo, tam longus alius in obliquum ſeſe intuentibus offer-

μοὺς ἐς πάσας τὰς ἀγυιὰς, θεατὴς ἀκόρεστος ἤμην, καὶ τὸ κάλλος ὅλως οὐκ ἐξήρκουν ἰδεῖν. τὰ μὲν ἔβλεπον, τὰ δ' ἔμελλον, τὰ δ' ἠπειγόμην ἰδεῖν, τὰ δὲ οὐκ ἤθελον παρελθεῖν. ἐκράτει τὴν θέαν τὰ ὁρώμενα, εἵλκε τὰ προσδοκώμενα. περιάγων οὖν ἐμαυτὸν εἰς πάσας τὰς ἀγυιὰς, καὶ πρὸς τὴν ὄψιν δυσερωτιῶν, εἶπον καμών· Ὀφθαλμοὶ, νενικήμεθα. Εἶδον δὲ καὶ δύο καινὰ καὶ παράλογα, μεγέθους πρὸς τὸ κάλλος ἁμιλλαν, καὶ δήμου πρὸς πόλιν φιλονεικίαν, καὶ ἀμφότερα νικῶντα. ἡ μὲν γὰρ ἠπείρου μείζων ἦν· ὁ δὲ πλείων ἔθνους. καὶ εἰ μὲν εἰς τὴν πόλιν ἀπεῖδον, ἠπίστουν εἰ πληρώσειέν τις δῆμος αὐτὴν ἀνδρῶν. εἰ δὲ εἰς τὸν δῆμον ἐθεασάμην, ἐθαύμαζον εἰ χωρήσειέν τις αὐτὸν πόλις. τοιαύτη τις οὖν ἰσότητος τρυτάνη.

ret. In omnes itaque vias obtutus diſpertiens, neque ſpectando ſatiari, neque pulchritudinem omnem aſſequi poteram. Quaedam enim ante oculos habebam, quaedam mox habiturus eram, nonnulla videre praeoptabam, alia etiam erant, quae praetermittenda minime cenſebam: ac licet, quae perſpexeramus, oculos occupaſſent, tamen, quae videnda ſupererant, nos ad ſeſe alliciebant: quamobrem viis omnibus perluſtratis, cum ad omnia contemplanda ſufficere oculorum acies nequiret, feſſus ſpectando exclamavi: Oculi! victi ſumus. Illud vero novum atque incredibile mihi ante omnia viſum eſt. Urbis enim amplitudo cum pulchritudine, & magnitudo cum multitudine habitatorum ita certabat, ut neutra alteri cederet. Nam & illa continente maior, & haec innumerabilis erat. Porro intuenti mihi civitas amplior apparebat, quam ut habitatoribus compleri poſſet: populus autem tam numeroſus videbatur, ut, aliquane urbe contineri valeret, dubitare cogerer. Ita aequo haec inter ſe marte contendebant.

β'. Ἦν δέ πως καὶ κατὰ δαίμονα ἱερομηνία τοῦ μεγάλου θεοῦ, ὃν Δία μὲν Ἕλληνες, Σέραπιν δὲ καλοῦσιν Αἰγύπτιοι· ἦν δὲ καὶ πυρὸς δαδουχία. καὶ τοῦτο μέγιστον ἐθεασάμην. ἑσπέρα μὲν γὰρ ἦν, καὶ ὁ ἥλιος κατεδύετο, καὶ νὺξ ἦν οὐδαμοῦ· ἀλλὰ ἄλλος ἀνέτελλεν ἥλιος κατακερματίζων. τότε γὰρ εἶδον πόλιν ἐρίζουσαν περὶ κάλλους οὐρανῷ. Ἐθεασάμην δὲ καὶ τὸν μειλίχιον Δία, καὶ τὸν Διὸς οὐράνιον νεώ. Προσευξάμενοι δὴ τῷ μεγάλῳ θεῷ, καὶ ἱκετεύσαντες στῆναι ἡμῖν ποτε τὰ δεινὰ, εἰς τὴν καταγωγὴν ἤλθομεν, ἣν ἔτυχεν ὁ Μενέλαος ἡμῖν μεμισθωμένος. οὐκ ἐῴκει δὲ ἄρα ὁ θεὸς ἐπινεύειν ταῖς ἡμετέραις εὐχαῖς, ἀλλ' ἔμενεν ἡμᾶς καὶ ἄλλο τῆς τύχης γυμνάσιον.

γ'. Ὁ γὰρ Χαιρέας πρὸ πολλοῦ τῆς Λευκίππης ἐλάνθανεν ἐρῶν, καὶ διὰ τοῦτο μεμήνυκε τὸ φάρμακον.

II. Forte autem eo tempore magni numinis, quem Δία Graeci, Serapin Aegyptii vocant, festi dies celebrabantur, flammaeque passim relucebant, idque non vulgari admiratione dignum animadverti: vespera enim cum adventasset, ac iam sol occidisset, nox tamen nondum erat, sed alius minutas quasdam in partes divisus sol exoriebatur. Tunc urbem illam cum coelo etiam pulchritudine contendere iudicavi. Milichium quin etiam Iovem, coelesteque illius templum vidi: cuius magnum numen cum venerati essemus, precatique, ut nostrorum tandem infortuniorum finis fieret, conductam a Menelao domum ingressi fuimus. Sed precibus nostris Deus ille nequaquam annuisse visus est: aliud enim discrimen restabat, in quo fortuna nos adhuc exerceret.

III. Nam Chaerea Leucippen multo antea clam amabat, medicamentique indicium fecerat, simul ut se in familia-

ἅμα μὲν ἀΦορμὴν οἰκειότητος αὐτῷ θηρώμενος· ἅμα δὲ καὶ αὐτῷ σώζων τὴν κόρην. εἰδὼς οὖν ἀμηχανίαν τοῦ τυχεῖν, συντίθησιν ἐπιβουλὴν, λῃστῶν ὁμοτέχνων συγκροτήσας, ἅτε θαλάσσιος ὢν ἄνθρωπος, καὶ, συνθέμενος αὐτοῖς, ἃ δεῖ ποιεῖν, ἐπὶ ξενίαν ἡμᾶς εἰς τὴν Φάρον καλεῖ, σκηψάμενος γενεθλίων ἄγειν ἡμέραν. ὡς οὖν προήλθομεν τῶν θυρῶν, οἰωνὸς ἡμῖν γίνεται πονηρὸς, χελιδόνα κίρκος διώκων, τὴν Λευκίππην εἰς τὴν κεφαλὴν πατάσσει τῷ πτερῷ. Ταραχθεὶς οὖν ἐπὶ τούτῳ, καὶ ἀνανεύσας εἰς οὐρανόν· Ὦ Ζεῦ, τί τοῦτο, ἔΦην, Φαίνεις ἡμῖν τέρας; ἀλλ' εἰ τῷ ὄντι σὸς ὄρνις οὗτος, ἄλλον ἡμῖν σαΦέστερον δεῖξον οἰωνόν. ΜεταστραΦεὶς οὖν, ἔτυχον γὰρ παρεστὼς ἐργαστηρίῳ ζωγράΦου, γραΦὴν ὁρῶ κειμένην, ἥτις ὑπηνίττετο προσόμοιον. Πρόκνης γὰρ εἶχε Φθοράν, καὶ τὴν βίαν Τηρέως, καὶ τῆς γλώττης τὴν τομήν. ἦν δὲ ὁλόκληρον τὸ διήγημα

ritatem noſtram ea occaſione arrepta inſinuaret, ſimul ut puellam ſibi ipſi ſervaret. Qua cum potiri difficile admodum eſſe intelligeret, ad parandas inſidias animum adiecit. Itaque praedonibus aliquot ſui ſimilibus collectis, rerum enim maritimarum non imperitus fuerat, quid ab iis fieri velit, docet: mox natalem diem ſuum agere ſimulans, nos ad Pharum viſendam invitat. Igitur domo egreſſis nobis ſiniſtrum in via omen evenit. Hirundinem inſequens accipiter, Leucippes caput ala percuſſit. Quare perturbatus, coelumque ſuſpiciens: Quid hoc, inquam, portenti eſt, Iuppiter, quid nobis commonſtras? Quin potius, ſi avis haec vere tua eſt, aliud nobis manifeſtius augurium oſtendis? Meque convertens, ut forte prope pictoris officinam conſtiteram, collocatam animadverti tabellam, quae Prognes infortunium, Terei violentiam, linguae abſciſſionem, integram denique fabulae totius expli-

τοῦ δράματος, ὁ πέπλος, ὁ Τηρεὺς, ἡ τράπεζα, τὸν πέπλον ἡπλωμένον εἱστήκει κρατοῦσα θεράπαινα. Φιλομήλα παρεστήκει, καὶ ἐπετίθει τῷ πέπλῳ τὸν δάκτυλον, καὶ ἐδείκνυεν τῶν ὑφασμάτων τὰς γραφάς. ἡ Πρόκνη πρὸς τὴν δεῖξιν ἐνενεύκει, καὶ δριμὺ ἔβλεπε, καὶ ὠργίζετο τῇ γραφῇ. Θρᾷξ ὁ Τηρεὺς ἐνύφαντο Φιλομήλᾳ παλαίων πάλην Ἀφροδισίαν. ἐσπάρακτο τὰς κόμας ἡ γυνὴ, τὸ ζῶσμα [1] ἐλέλυτο, τὸν χιτῶνα κατέρρηκτο, ἡμίγυμνος τὸ στέρνον ἦν, τὴν δεξιὰν ἐπὶ ὀφθαλμοὺς ἤρειδεν τοῦ Τηρέως, τῇ λαιᾷ τὰ διερρωγότα τοῦ χιτῶνος ἐπὶ τοὺς μαζοὺς ἔκλειεν. ἀγκάλαις εἶχε τὴν Φιλομήλαν ὁ Τηρεὺς, ἕλκων πρὸς ἑαυτὸν ὡς ἐνῆν τὸ σῶμα, καὶ σφίγγων ἐν χρῷ τὴν συμπλοκήν. Ὧδε μὲν τὴν τοῦ πέπλου γραφὴν ὕφηνεν ὁ ζωγράφος. τὸ δὲ λοιπὸν τῆς εἰκόνος, αἱ γυναῖκες ἐν κανῷ τὰ λείψανα τοῦ δείπνου τῷ Τηρεῖ δεικνύουσιν, κεφαλὴν τοῦ παιδὸς καὶ χεῖρας· γελῶσι δὲ ἅμα καὶ φοβοῦνται. ἀνα-

cationem continebat. In ea enim peplum, Tereus, menſa, ſerva explicatum peplum tenens, & Philomela, quae in eo picta erant, digito indicans, cernebantur. Progne ad indicium annuebat, torveque intuebatur, ac picturae propemodum iraſcebatur. Tereus, genere Thrax, intextus erat, cum Philomela luctam veneream luctans, quae, capillis evulſis, cingulo ſoluto, veſte diſciſſa, ſeminudum pectus oſtendebat: dextraque Tereo involabat in oculos, ſiniſtra vero lacerae veſtis parte mammas obtegere nitebatur. Mulierem Tereus totis ad ſe viribus trahebat, arcteque complexabatur. Atque ita quidem pepli diſpoſita erat pictura. In reliqua tabellae parte mulieres in lance Tereo coenae reliquias, pueri ſcilicet caput atque manus offe-

1 Ζῶσμα) Ζῶμα, tanquam Villoiſon ad Long. Animadv. ἀττικώτερον legendum ſuadet p. 17.

πηδῶν ἐκ τῆς κλίνης ὁ Τηρεὺς ἐγέγραπτο· καὶ ἕλκων τὸ ξίφος ἐπὶ τὰς γυναῖκας, τὸ σκέλος ἥρειδεν ἐπὶ τὴν τράπεζαν. [1] ἡ δὲ οὔτε ἔστηκεν, οὔτε πέπτωκεν· ἀλλ' ἐοικυῖαν γραφὴν μέλλοντος πτώματος.

δ'. Λέγει οὖν ὁ Μενέλαος· Ἐμοὶ δοκεῖ τὴν εἰς Φάρον ὁδὸν ἐπισχεῖν. ὁρᾷς γὰρ οὐκ ἀγαθὰ δύο σύμβολα, τό, τε τοῦ ὄρνιθος καθ' ἡμῶν πτερὸν, καὶ τῆς εἰκόνος τὴν ἀπειλήν· λέγουσι δὲ οἱ τῶν συμβόλων ἐξηγηταὶ σκοπεῖν τοὺς μύθους τῶν εἰκόνων, ἂν ἐξιοῦσιν ἐπὶ πρᾶξιν ἡμῖν συντύχωσιν, καὶ ἐξομοιοῦν τὸ ἀποβησόμενον τῷ τῆς ἱστορίας λόγῳ. ὁρᾷς οὖν, πόσων γέμει κακῶν ἡ γραφή; ἔρωτος παρανόμου, μοιχείας ἀναισχύντου, γυναικείων ἀτυχημάτων. ὅθεν ἐπισχεῖν κελεύω τὴν ἔξοδον. Ἐοίκει μοι λέγειν εἰκότα, καὶ παραιτοῦμαι τὸν

rebant, ridentes identidem, & trementes. Ille autem ſtricto in eas gladio inſurgens, menſam brachio protrudere videbatur: quae nec ſtabat, nec cadebat: cadentis tamen formam referebat.

IV. Tum Menelaus: Mihi quidem, inquit, a profectione in Pharum abſtinendum videtur. Duo enim adverſa nobis portenta, volatum accipitris, & picturae minas, cernis. Monent autem prodigiorum interpretes, ut animum attendamus ad fabulas & argumenta imaginum, ſi quae nobis ad negotium aliquod proficiſcentibus occurrant, reique noſtrae eventum ex propoſitae fabulae argumento metiamur. Nonne obſcoeni amoris, impudentis adulterii, muliebrium infortuniorum, malorum denique omnium plenam hanc picturam vides? Ego quidem certe profectionem iſtam in aliud tempus diſtulerim. Sane oratio haec Menelai mihi non abſurda viſa eſt. Chaeream itaque valere

1 Idem de Tereo Ovidius Met. VI, 661:
Thracius ingenti menſas clamore repellit.

Χαιρέαν ἐκείνην τὴν ἡμέραν. ὁ μὲν οὖν σφόδρα ἀνιώμενος ἀπηλλάττετο, φήσας αὔριον ἐς ἡμᾶς ἀφίξεσθαι.

ε'. Ἡ δὲ Λευκίππη λέγει πρός με· Φιλόμυθον γάρ πως τὸ τῶν γυναικῶν γένος· Τί βούλεται τῆς εἰκόνος ὁ μῦθος; καὶ τίνες αἱ ὄρνιθες αὗται; καὶ τίνες αἱ γυναῖκες, καὶ τίς ὁ ἀναιδὴς ἐκεῖνος ἀνήρ; Κἀγὼ καταλέγειν ἄρχομαι· Ἀηδὼν, καὶ χελιδὼν, καὶ ἔποψ, πάντες ἄνθρωποι, καὶ πάντες ὄρνιθες. Ἔποψ ὁ ἀνὴρ, αἱ δύο γυναῖκες, Φιλομήλα χελιδὼν, καὶ Πρόκνη ἀηδών. πόλις αὐταῖς Ἀθῆναι. Τηρεὺς ὁ ἀνὴρ, Πρόκνη Τήρεως γυνή. βαρβάροις δὲ, ὡς ἔοικεν, οὐχ ἱκανὴ πρὸς Ἀφροδίτην μία γυνὴ, μάλισθ' ὅταν αὐτῷ καιρὸς δίδωσι πρὸς ὕβριν τρυφᾶν. καιρὸς οὖν γίνεται τῷ Θρᾳκὶ τούτῳ χρήσασθαι τῇ φύσει, Πρόκνης ἡ φιλοστοργία.

iussi; qui tristis admodum recessit: Cras ad me, inquiens, proficisci vos volo.

V. Tunc ad me conversa Leucippe, fabellarum enim cupidae mulieres sunt: Quin tu, inquit, mihi narras, quid sibi pictura haec, avesque istae, & mulieres, cum viro illo impudenti, velint? Tum ego: Quos nunc, inquam, aves esse cernis, homines quondam fuere: ac mulieres quidem, Prognen scilicet ac Philomelam, illarum enim nomina haec sunt, sorores Athenis ortas fuisse, hancque in hirundinem, illam in luscíniam mutatas; virum autem, cui Tereo nomen fuit, genere Thracem, Prognesque maritum, in upupam conversum, tradunt. Barbarorum autem libidini, ut consentaneum est, mulier una satis non est, praesertim cum per contumeliam explendae cupiditatis oblata sit occasio. Prognes igitur erga sororem pietas homini barbaro opportunitatem attulit, qua naturam suam secutus, in omni intemperantia sese effunderet.

πέμπει γὰρ ἐπὶ τὴν ἀδελφὴν τὸν ἄνδρα τὸν Τηρέα. ὁ δὲ ἀπῄει μὲν ἔτι Πρόκνης ἀνήρ· ἀναστρέφει δὲ Φιλομήλας ἐραστὴς, καὶ κατὰ τὴν ὁδὸν ἄλλην αὐτῷ ποιεῖται τὴν Φιλομήλαν Πρόκνην. τὴν γλῶτταν τῆς Φιλομήλας Φοβεῖται, καὶ ἔδνα τῶν γάμων αὐτῇ δίδωσι μηκέτι λαλεῖν, καὶ κείρει τῆς φωνῆς τὸ ἄνθος. ἀλλὰ πλέον ὤνησεν οὐδέν. ἡ γὰρ Φιλομήλας τέχνη σιωπῶσαν εὕρηκε φωνήν. ὑφαίνει γὰρ πέπλον ἄγγελον, καὶ τὸ δράμα πλέκει ταῖς κρόκαις, καὶ μιμεῖται τὴν γλῶτταν ἡ χεὶρ, καὶ Πρόκνης τοῖς ὀφθαλμοῖς τὰ τῶν ὤτων μηνύει, καὶ πρὸς αὐτὴν, ἃ πέπονθε, τῇ κερκίδι λαλεῖ. ἡ Πρόκνη τὴν βίαν ἀκούει παρὰ τοῦ πέπλου, καὶ ἀμύνασθαι καθ' ὑπερβολὴν ζητεῖ τὸν ἄνδρα. ὀργαὶ δὲ δύο, καὶ δύο γυναῖκες εἰς ἓν πνέουσαι, καὶ ὕβρει κεράσασαι τὴν ζηλοτυπίαν δεῖπνον ἐπινοοῦσι τῶν γάμων ἀτυχέστερον. τὸ δὲ δεῖπνον ἦν ὁ παῖς Τηρέως, οὗ μήτηρ μὲν

Haec enim virum ad visendam sororem misit: qui, cum Prognes maritus abiisset, Philomelae amator est reversus, eamque sibi inter redeundum alteram Prognen fecit. Quod cum resciri nollet, hanc violati pudoris mercedem persolvit. Linguam enim puellae amputavit. Quamquam nihilo plus effecit. Mutum enim indicem Philomela excogitavit, remque omnem, sicuti gesta fuerat, in peplo filis intexuit: manuque linguam imitante, quae passa esset, quando auribus immittere non poterat, ob oculos Prognes ope radii texorii posuit. Progne vim sorori illatam ex pepli pictura cognovit: poenamque opinione omni maiorem de viro sumere aggressa est. Cumque ira duplici mulieres duae arderent, conspiratione facta, obtrectationeque contumeliae coniuncta, coenam Philomelae nuptiis longe detestabiliorem fecerunt. Filium enim patri apposuerunt, cuius

ἦν πρὸ τῆς ὀργῆς ἡ Πρόκνη. τότε δὲ τῶν ὠδίνων ἐπελέληστο. οὕτως αἱ τῆς ζηλοτυπίας ὠδῖνες νικῶσι καὶ τὴν γαστέρα. μόνον γὰρ ὁρῶσαι γυναῖκες, ἀνιᾶσαι τὸν τὴν εὐνὴν λελυπηκότα, κἂν πάσχωσιν, ἐν οἷς ποιοῦσιν, οὐχ ἧττον κακὸν τὴν τοῦ πάσχειν λογίζονται συμφορὰν τῇ τοῦ ποιεῖν ἡδονῇ. ἐδείπνησεν ὁ Τηρεὺς δεῖπνον Ἐριννύων. αἱ δὲ ἐν κανῷ τὰ λείψανα τοῦ παιδίου παρέφερον, γελῶσαι φόβῳ. ὁ Τηρεὺς ὁρᾷ τὰ λείψανα τοῦ παιδίου, καὶ πενθεῖ τὴν τροφὴν, καὶ ἐγνώρισε ὧν τοῦ δείπνου πατήρ· γνωρίσας, μαίνεται, καὶ σπᾶται τὸ ξίφος, καὶ ἐπὶ τὰς γυναῖκας τρέχει. ἃς δέχεται ὁ ἀὴρ, καὶ ὁ Τηρεὺς αὐταῖς συναναβαίνει, καὶ ὄρνις γίνεται· καὶ τηροῦσι ἔτι τοῦ πάθους τὴν εἰκόνα. φεύγει μὲν ἀηδὼν, διώκει δὲ ὁ Τηρεύς· οὕτως ἐφύλαξε τὸ μῖσος καὶ μέχρι τῶν πτερῶν.

ante iram Progne mater fuerat. Sed tunc partus moleſtiam oblivioni tradiderat: ita obtrectationis furor uteri doloribus longe potentior eſt. Quamquam autem hoc illis moleſtum erat; tamen cum eum, qui maritalis tori leges violaverat, ulciſci ſe viderent, huiuſmodi moleſtiam cum vindictae voluptate compenſant. Poſteaquam Tereus furiali menſae accumbens epulatus eſt, mulieres in lance nati reliquias ridentes pariter ac trepidantes protulerunt. Ex quibus natum a ſe abſumtum intelligens, lugebat cibum, ſeque coenae genitorem agnovit. Quo facto cognito furore percitus, educto gladio in utramque irruit. At illas in aves repente mutatas aër ſuſcepit: quibuſcum Tereus quoque mutatus in volucrem ſublatus eſt. Affectus autem illius imaginem etiamnum omnes ſervant. Luſcinia enim fugit adhuc, upupa vero inſequitur, ut poſt mutationem odium quoque ſervatum videatur.

στ'. Τότε μὲν οὖν οὕτως ἐξεφύγομεν τὴν ἐπιβουλήν. ἐκερδήσαμεν δὲ οὐδὲν ἢ μίαν ἡμέραν. τῇ γὰρ ὑστεραίᾳ παρῆν ἕωθεν ὁ Χαιρέας· καὶ ἡμεῖς αἰδεσθέντες ἀντιλέγειν οὐκ εἴχομεν· ἐπιβάντες οὖν σκάφους, ἤλθομεν εἰς τὴν Φάρον. ὁ δὲ Μενέλαος ἔμεινεν αὐτοῦ, φήσας οὐχ ὑγιῶς ἔχειν. Πρῶτον μὲν οὖν ἡμᾶς ὁ Χαιρέας ἐπὶ τὸν πύργον ἄγει, καὶ δείκνυσι τὴν κατασκευὴν κάτωθεν θαυμασίαν τινα καὶ παράλογον. ὄρος ἦν ἐν μέσῃ τῇ θαλάσσῃ κείμενον, ψαῦον αὐτῶν τῶν νεφῶν. ὑπέρρει δὲ ὕδωρ κάτωθεν αὐτοῦ τοῦ ποιήματος, τὸ δὲ ἐπὶ θαλάσσης εἱστήκει κρεμάμενον. ἐς δὲ τὴν τοῦ ὄρους ἀκρόπολιν ὁ τῶν νεῶν κυβερνήτης ἀνέτελλεν ἄλλος. μετὰ δὲ ταῦτα ἠγεῖτο ἡμῖν ἐπὶ τὴν οἰκίαν. ἦν δὲ ἐπ' ἐσχάτου τῆς νήσου κειμένη ἐπ' αὐτῇ τῇ θαλάσσῃ.

ζ'. Ἑσπέρας οὖν γενομένης, ὑπεξέρχεται μὲν ὁ

VI. Atque hoc quidem pacto tunc insidias vitavimus, nihil quidquam lucrati, praeterquam unum diem. Adfuit enim postridie mane Chaerea. Nosque verecundia permoti recusare amplius ausi non sumus. Quamobrem conscensa navi ad Pharum devenimus, uno excepto Menelao, qui cum se non admodum ex sententia valere diceret, domi remansit. Chaerea igitur nos primum in turrim duxit: substructionemque imam, miram illam quidem, & quodammodo incredibilem ostendit. Mons erat medio in mari situs, nebulas paene contingens: cuius sub radicibus aqua conspiciebatur, ita ut suspensae mari imminere viderentur. In turri, summo in monte aedificata, ignis elucet, quae quasi gubernator alius navigantes noctu dirigat. Haec cum vidissemus, in domum, quae in extrema insulae parte ad mare posita erat, introducti fuimus.

VII. Vix adveſperaverat, cum Chaerea, ventrem pur-

μωμεν; ἐπὶ τίνα θεῶν μετὰ τὴν Ἄρτεμιν; ἐν αὐτοῖς τυπτόμεθα τοῖς ἱερεῖς, ἐν τοῖς τῆς αὐλαίας παιόμεθα χωρίοις. ταῦτα ἐν ἐρημίαις μόναις γίνεται, ὅπου μηδ' εἷς μάρτυς μηδ' ἄνθρωπός τις. σὺ δὲ αὐτῶν ἐν ὄψει τυραννεῖς τῶν θεῶν. καὶ τοῖς μὲν πονηροῖς αἱ τῶν ἱερῶν ἀσφάλειαν διδόασι καταφυγήν· ἐγὼ δὲ μηδένα ἀδικήσας, ἱκέτης δὲ τῆς Ἀρτέμιδος γενόμενος, τύπτομαι παρ' αὐτῷ τῷ βωμῷ, βλεπούσης, οἶμοι, τῆς θεοῦ. ἐπὶ τὴν Ἄρτεμιν αἱ πληγαί. καὶ οὐ μέχρι πληγῶν ἡ παροινία, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν προσώπων τις λαμβάνει τραύματα ὡς ἐν πολέμῳ καὶ μάχῃ, καὶ μεμίανται μὲν τὸ ἔδαφος ἀνθρωπίνῳ αἵματι. τοιαῦτα σπένδει τίς τῇ θεῷ; οὐ βάρβαροι τοῦτο καὶ Ταῦροι, καὶ ἡ Ἄρτεμις ἡ Σκυθῶν; ὁ παρ' ἐκείνοις μόνοις ναὸς οὕτως αἱμάσσεται. τὴν Ἰονίην Σκυθίην πεποίηκας, καὶ ἐν

Quos poſt Dianae numen Deos adibimus? Ipſis in templis vapulamus: ante religioſiſſimas Deorum aras plagae nobis imponuntur. Atqui deſertis tantum in locis, ubi nulli adſint teſtes, facinora huiuſmodi committi ſolent: tu vero coram Diis ipſis regiam poteſtatem exerces. Cumque auguſtae Deorum aedes fontibus praeſidio eſſe conſueverint; ipſe innocens ac ſupplex, me miſerum, ante aras, ipſa vidente Dea, vulnus accepi. Iam vero quis percuſſiones iſtas Dianae illatas fuiſſe neget? quamquam non iis quidem contenta fuit huius ebrietas; ſed etiam vulnera, qualia in bello atque pugna inferuntur, intulit, humanoque pavimentum ſanguine foedavit. At vero quis Epheſiae unquam Dianae hoc pacto ſacrificavit? Barbarorum ac Taurorum huiuſmodi quidem certe inſtitutum eſt. Apud Scythas Dianae templum eſt: apud quos ſolos Deae huius altaria humano cruore conſpergi receptum eſt. Tu autem, Ionia ut Scythia eſſet, Epheſique idem, qui in Tau-

Ἐφέσῳ ῥεῖ τὰ ἐν Ταύροις αἵματα. λαβὲ καὶ ξίφος κατ' ἐμοῦ. καίτοι τί δέῃ σιδήρου; τὰ τοῦ ξίφους πεποίηκεν ἡ χείρ. ἀνδροφόνος αὐτὴ καὶ μιαιφόνος δεξιὰ τοιαῦτα δέδρακεν, οἷα ἐκ φόνου γίνεται.

γ'. Ταῦτα μὲν βοῶντος, ὄχλος συνερρύει [1] τῶν ἐν τῷ ἱερῷ παρόντων· οὗτος ἐκάκιζον αὐτόν. καὶ ὁ ἱερεὺς αὐτός· Οὐκ αἰσχύνῃ, τοιαῦτα ποιῶν οὕτως φανερῶς καὶ ἐν τῷ ἱερῷ; Ἐγὼ δὲ τεθαῤῥηκὼς, ταῦτα ἔφην· Ὦ ἄνδρες, πέπονθα, ἐλεύθερός τε ὢν, καὶ πόλεως οὐκ ἀσήμου, ἐπιβουλευθεὶς μὲν εἰς τὴν ψυχὴν ὑπὸ τούτου, σωθεὶς δὲ ὑπὸ τῆς Ἀρτέμιδος, ἣ τοῦτον ἀπέφηνε συ-

rica insula, cruor manaret, effecisti. Quin igitur gladium etiam in me stringis? quamquam quid ferro opus est, cum gladii munere manus fungatur? cruenta enim & caedibus assueta dextera tua id nunc patravit, quod in occisionibus fieri consuevit.

III. Haec dum ego lamentarer, ab iis, qui in templo erant, concursus ad me factus est: ac nonnulli ex iis hominem increpare coeperunt: quin etiam sacerdos ipse: Non te, inquit, tam aperte haec, in templo praesertim, facere pudet? Quam ob causam ego iam confirmato animo: Hoc equidem, inquam, pacto, viri Ephesii, acceptus sum homo liber, & non obscurae urbis civis. Ab isto enim vitae summum in discrimen adductus perieram plane, nisi patefactis tandem facinorosi hominis calumniis me praesenti suo numine atque auxilio de manibus eius Diana

1 Ὄχλος συνερρύει) Editio prior, cum Anglicano, ὄχλος συνερρύηκεν ἐν τῷ ἱερῷ, οὕτως ἐκάκιζον αὐτόν. In melioribus, ut Florentino, & Regiis, ὄχλος συνερρύη τῶν παρόντων ἐν τῷ ἱερῷ. Legendum mox, οὗτος ἐκάκιζον αὐτόν. Id est, οὗτος ὁ ὄχλος, τὸν Θέρσανδρον ἐκάκιζον. Ἐκάκιζον porro pro ἐκάκιζε, quia vox ὄχλος habet significationem multitudinis. Qua locutione nihil esse tritius Graecis, sciunt Graece periti. Male omnes libri, οὕτως ἐκάκιζον αὐτόν. Posset etiam, οὗτοι ἐκάκιζον αὐτόν. Nempe, οἱ παρόντες.

κοφάντην. καὶ νῦν προελθεῖν με δεῖ, καὶ ἀπονίψασθαι τὸ πρόσωπον ἔξω· μὴ γὰρ ἔνδον τοῦτο ποιήσαιμι ἔγωγε, μὴ καὶ τὸ ἱερὸν ὕδωρ τῷ τῆς ὕβρεως αἵματι μιανθῇ. Τότε μὲν δὴ μόλις ἑλκύσαντες αὐτὸν, ἐξάγουσι τοῦ ἱεροῦ. τοσοῦτον δὲ εἶπεν ἀπιών· Ἀλλὰ τὸ μὲν σὸν ἤδη κέκριται, καὶ ὅσον οὐδέπω πείσῃ δίκην. τὸ δὲ τῆς ψευδοπαρθένου ταύτης ἑταίρας ἡ σύριγξ τιμωρήσεται.

δ'. Ὡς δὲ ἀπηλλάγη ποτὲ, κἀγὼ ἐξελθὼν ἐκάθηρα τὸ πρόσωπον. Τοῦ δὲ δείπνου καιρὸς ἦν, καὶ ὑπεδέξατο ἡμᾶς ὁ ἱερεὺς μάλα φιλοφρόνως. ἐγὼ δὲ εἰς τὸν Σώστρατον ὀρθοῖς τοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν οὐκ ἠδυνάμην, συνειὶς οἷα αὐτὸν διετεθείκειν. καὶ ὁ Σώστρατος δὲ τὰς τῶν ὀφθαλμῶν ὀρῶν ἀμύξεις τῶν ἐμῶν, ἃς ἔτυχον ὑπ' αὐτοῦ παθὼν, ἀντῃσχύνετό με βλέπειν· καὶ ἡ Λευκίππη δὲ τὰ πολλὰ εἰς γῆν ἔβλεπεν. καὶ ἦν ὅλον

eripuiſſet. Nunc mihi e templo exire, faciemque abluere, opus eſt: neque enim id ego hic unquam facere auſim, ne videlicet ſacri latices cruore per contumeliam effuſo polluantur. Interea Therſander, cum vix e delubro nonnulli eum protruderent, huiuſmodi quiddam inter abeundum ſolus ſecum locutus eſt: Tu quidem, quod ad cauſam tuam attinet, iam damnatus es; nec multo poſt de te ſupplicium ſumetur. De ſcorto autem iſto virginitatem ementiente fiſtula iudicium faciet.

IV. Poſteaquam ille abiit, egreſſus ipſe faciem ablui. Cumque accumbendi iam tempus eſſet, a ſacerdote peramanter accepti ſumus. Ego vero eorum, quae in Soſtratum admiſeram, conſcius, oculos in illum palam coniicere non audebam: quod & ipſe praeſentiens, me contueri pariter verecundabatur: Leucippe quoque nihil aliud, quam terram intuebatur: ita ut convivium prorſus vere-

τὸ συμπόσιον αἰδῶς. προϊόντος δὲ τοῦ πότου, καὶ τοῦ Διονύσου κατὰ μικρὸν ἐξιλασκομένου τὴν αἰδῶ· ἐλευθερίας γὰρ οὗτος πατήρ· ἄρχει λόγου πρῶτος ὁ ἱερεὺς πρὸς τὸν Σώστρατον· Τί οὐ λέγεις, ὦ ξένε, τὸν περὶ ὑμᾶς μῦθον ὅστις ἐστίν; δοκεῖ γάρ μοι περιπλοκάς τινας ἔχειν οὐκ ἀηδεῖς. οἴνῳ δὲ μάλιστα πρέπουσιν οἱ τοιοῦτοι λόγοι. Καὶ ὁ Σώστρατος προφάσεως λαβόμενος ἀσμένως· Τὸ μὲν κατ' ἐμὲ λόγου μέρος ἁπλοῦν, εἶπεν, ὅτι Σώστρατος ὄνομα, Βυζάντιος τὸ γένος, τούτου θεῖος, πατὴρ ταύτης. τὸ δὲ λοιπὸν, ὅπερ ἐστὶ μῦθος, λέγε, τέκνον Κλειτοφῶν, μηδὲν αἰδούμενος. καὶ γὰρ εἴ τι μοὶ συμβέβηκε λυπηρὸν, μάλιστα μὲν οὖν οὐ σόν ἐστιν, ἀλλὰ τῆς τύχης. ἔπειτα τῶν ἔργων παρελθόντων [1] ἡ διήγησις τὸν οὐκ ἔτι πάσχοντα ψυχαγωγεῖ μᾶλλον, ἢ λυπεῖ.

cundum esset. Tandem, procedente potu, Bacchoque pudorem sensim amovente, is enim libertatis auctor est, primus ad Sostratum conversus sacerdos: Quin igitur, inquit, o hospes, rerum vestrarum, cuiusmodi tandem eae sint, seriem narras? mihi sane non insuaves quasdam ambages continere in se videtur: praeterea vino sermones huiusmodi maxime conveniunt. Tum Sostratus, loquendi occasione illinc sumta: Quod quidem, inquit, ad me attiner, leve admodum est. Sostrato mihi est nomen, patria Byzantium, atque adolescentis quidem istius patruus, puellae autem pater sum. Cetera, utut sunt, tu, mi Clitophon, metu omni prorsus abiecto, effare. Nam si quid mihi acerbi evenit, non tibi, sed fortunae tribuendum est. Ad haec, praeteritorum malorum commemoratio tantum abest, ut eum, qui evasit, moerore afficiat, ut etiam vehementer oblectet.

1 Παρελθόντων) Vulgo: προελθόντων, quod, praeeuntibus libris ipsoque sensu iubente, correximus in παρελθόντων. Ad sensum Virgil. Aen. 1, 217: *forsan & haec olim meminisse iuvabit.*

ε'. Κἀγὼ πάντα τὰ κατὰ τὴν ἀποδημίαν τὴν ἀπὸ Τύρου διηγοῦμαι, τὸν πλοῦν, τὴν ναυαγίαν, τὴν Αἴγυπτον, τοὺς βουκόλους, τῆς Λευκίππης τὴν ἀπαγωγὴν, τὴν παρὰ τῷ βωμῷ πλαστὴν γαστέρα, τὴν Μενελάου τέχνην, τὸν ἔρωτα τοῦ στρατηγοῦ, καὶ τὸ Χαιρέου Φάρμακον, τὴν τῶν λῃστῶν ἁρπαγὴν, καὶ τὸ τοῦ μηροῦ τραῦμα, καὶ ἔδειξα τὴν οὐλήν. ἐπεὶ δὲ κατὰ τὴν Μελίττην ἐγενόμην, ἐξῆρον τὸ πρᾶγμα ἐμαυτοῦ πρὸς σωφροσύνην μεταποιῶν, καὶ οὐδὲν ἐψευδόμην· τὸν Μελίττης ἔρωτα, καὶ σωφροσύνην τὴν ἐμὴν, ὅσον ἐλιπάρησε χρόνον, ὅσον ἀπέτυχεν, ὅσα ἐπηγγείλατο, ὅσα ὠδύρετο· τὴν ναῦν διηγησάμην, τὸν εἰς Ἔφεσον πλοῦν, καὶ ὡς ἄμφω συνεκαθεύδομεν, καὶ, μὰ ταύτην τὴν Ἄρτεμιν, ὡς ἀπὸ γυναικὸς ἀνέστην γυνή· ἓν μόνον παρῆκα τῶν ἐμαυτοῦ δραμάτων, τὴν μετὰ ταῦτα πρὸς Μελίττην αἰδῶ. ἐπεὶ καὶ τὸ δεῖπνον εἶπον, καὶ ὡς ἐμαυ-

V. Tum ego, quae mihi poſtea, quam Tyro profugi, evenerunt, ſingula ordinatim recenſui, navigationem ſcilicet, naufragium, Aegyptum, paſtores, Leucippes raptum, fictum apud aram uterum, Menelai calliditatem, amorem ductoris militum, Chaereae medicinam, piratarum rapinam, vulnus femoris, cuius tum quoque cicatricem oſtendi. Ubi vero ad Meliten ventum eſt, quaecunque mihi agere contigit, quanta maxima potui modeſtia, mendacioque nullo penitus intermixto, narravi. Ac primum quidem Melites amorem, continentiamque meam: deinde quamdiu me illa oraverit, quamdiu illam ipſe lactaverim: tum quaecunque locuta, quaecunque conqueſta eſt omnia: praeterea quae in navi, dum Alexandria Epheſum proficiſceremur, acta ſunt, nempe ut ſimul ambo cubueramus, egoque ab illa, per Dianam! tanquam a muliere mulier, ſurrexeram: poſtremo meam omnem erga illam obſervan-

τοῦ κατεψευσάμην. καὶ μέχρι τῆς θεωρίας τὸν λόγον συνεπέρανα. καὶ, τὰ μὲν ἐμὰ ταῦτα, ἔφην. τὰ δὲ Λευκίππης τῶν ἐμῶν μείζονα. πέπραται, δεδούλευκεν, γῆν ἔσκαψεν, σεσύληται τῆς κεφαλῆς τὸ κάλλος. τὴν κόμην ὁρᾷς. καὶ καθ' ἕκαστον ὡς ἐγένετο διεξήειν. κἂν τῷδε κατὰ τὸν Σωσθένην καὶ Θέρσανδρον γενόμενος, ἐξῆρον καὶ τὰ αὐτῆς ἔτι μᾶλλον ἢ τὰμὰ, ἑτέρως αὐτῇ χαριούμενος ἀκούοντος τοῦ πατρός· ὡς πᾶσαν αἰκίαν ἤνεγκεν εἰς τὸ σῶμα καὶ ὕβριν, πρὶν μιᾶς· ὑπὲρ δὲ ταύτης τὰς ἄλλας πάσας ὑπέστη· καὶ ἔμεινε, πάτερ, τοιαύτη μέχρι τῆς παρούσης ἡμέρας, οἵαν αὐτὴν ἐξέπεμψας ἀπὸ Βυζαντίου. καὶ οὐκ ἐμὸν τοῦτο ἐγκώμιον, ὅτι φυγὴν ἑλόμενος οὐδὲν ἑώρασα, ὑπὲρ ὧν ἔφυγον· ἀλλ' αὐτῆς, ὅτι καὶ ἐν μέσοις λῃσταῖς ἔμεινε

tiam, coenam item, falſamque mei accuſationem, & cetera omnia ad Soſtrati uſque adventum perſpicue ac diligenter, unico tantum facto meo praetermiſſo, exſecutus ſum. Atque: Haec quidem, inquam, de me quae dicerem, habui. Leucippes autem facta meis multo maiora ſunt: ſervivit enim, terram fodit, capitis decus, id quod tonſura ipſa declarat, amiſit. Unumquodque deinde, ſicuti actum fuerat, ita verbis extuli, ut, cum de Soſthene Therſandroque facienda eſſet mentio, accuratius longe, quam de me, omnia recenſuerim: illud etiam alioqui ſpectans, ut puellae ipſi, patre praeſertim audiente, rem gratam facerem. Aerumnas enim contumeliaſque omnes, inquam, una dumtaxat excepta, perpeſſa eſt. Et propter hanc unam, iſtas omnes ſuſtinuit, intactaque, optime pater, uti Byzantio diſceſſerat, in hanc uſque diem permanſit. Neque vero iſtud laudi mihi dari velim, qui fuga arrepta nihil eorum, ob quae fugiebam, conſecutus ſum; ſed ipſi potius, quae, inter piratas etiam, integram ſe ca-

παρθένος, καὶ τὸν μέγαν ἐνίκησε λῃστήν· Θέρσανδρον λέγω, τὸν ἀναίσχυντον, τὸν βίαιον. ἐφιλοσοφήσαμεν, πάτερ, τὴν ἀποδημίαν. ἐδίωξε γὰρ ἡμᾶς ἔρως, καὶ ἦν ἐραστοῦ καὶ ἐρωμένης φυγή· ἀποδημήσαντες γεγόναμεν ἀλλήλων ἀδελφοί. εἴ τις ἄρα ἐστὶν ἀνδρὸς παρθενία, ταύτην ἐγὼ μέχρι τοῦ παρόντος πρὸς Λευκίππην ἔχω. ἡ μὲν γὰρ ἥρα ἐκ πολλοῦ τοῦ τῆς Ἀρτέμιτος ἱεροῦ. δέσποινα Ἀφροδίτη, μὴ νεμεσήσῃς ἡμῖν ὡς ὑβρισμένη. οὐκ ἠθέλομεν ἀπάτορα γενέσθαι τὸν γάμον. πάρεστιν οὖν ὁ πατήρ· ἦκε, καὶ σὺ εὐμενὴς ἡμῖν ἤδη γενοῦ. Ταῦτα ἀκούσαντες, ὁ μὲν ἱερεὺς ἐκεχήνει, θαυμάζων ἕκαστον ἐμῶν λεγομένων· ὁ δὲ Σώστρατος καὶ ἐπεδάκρυεν, εἴ ποτε τὸ κατὰ Λευκίππην ἐγεγόνει δράμα. καὶ ἐπεί [ποτε] ἐπαυσάμην· Τὰ μὲν ἡμέτε-

flamque ſervavit, & piratarum omnium maximi, Therſandri ſcilicet inverecundi, atque audacis, violentiae reſtitit. Nos vero, & conſulto quidem, navigationem ſuſcepimus, pater: verum ad id amoris nimia vi compulſi ſuimus, ut merito illa mutuo amantium fuga dici poſſit. Quin immo fratres ambo una in itinere facti ſumus, virginitatemque ipſi meam, ſi qua viris virginitas ineſt, impollutam adhuc, quemadmodum Leucippe, ſervo, quandoquidem ipſam quoque Dianae cultui iampridem addictam eſſe perdidiceram. At tu, o hera Venus, ne nobis tanquam neglecta ſuccenſeas. Abſente patre nuptias facere noluimus. Ille nunc hic adeſt: quare adſis tu quoque nobis iam tandem propitia. Quae cum illi audiviſſent, ſacerdos quidem prae admiratione obſtupefactus eſt: Soſtratus vero tamdiu lacrimas profudit, quamdiu de Leucippes incommodis actum fuit. Poſteaquam dicendi a me finis eſt factus: Caſus equidem, inquam ego, noſtros re-

ρα, εἶπον, ἠκούσατε· ἐν δὲ αἰτῶ κἀγὼ μαθεῖν παρά σου, ἱερεῦ, μόνον· τί ποτέ ἐστιν, ὃ τελευταῖον ἀπιὼν ὁ Θέρσανδρος κατὰ Λευκίππης προσέθηκε, σύριγγα εἰπών; Ἀλλὰ σύ τε, ἔφη, καλῶς ἀνήρου. καὶ γὰρ εἰδότας ἡμᾶς τὰ περὶ τὴν σύριγγα τοῖς παροῦσιν ὁμως ἁρμόσασθαι προσήκει. κἀγὼ τὸν σὸν ἀμείψομαι μῦθον εἰπών.

στ'. Ὁρᾷς τοῦτο τὸ ἄλσος τὸ κατόπιν τοῦ νεώ. ἐνθάδε ἐστὶν σπήλαιον ἀπόρρητον γυναιξίν, καθαραῖς δὲ εἰσελθούσαις οὐκ ἀπόρρητον παρθένοις. ἀνάκειται δὲ σύριγξ, ὀλίγον ἔνδον τῶν τοῦ σπηλαίου θυρῶν. εἰ μὲν οὖν τὸ ὄργανον καὶ παρ' ἡμῖν ἐπιχωριάζει τοῖς Βυζαντίοις, ἴστε ὃ λέγω. εἰ δὲ ἄρα τις ὑμῶν ἧττον ὡμίλησεν ταύτῃ τῇ μουσικῇ, φέρε καὶ οἷόν ἐστιν εἴπω, καὶ σὺν ταύτῃ τοῦ Πανὸς πάντα μῦθον. Ἡ σύριγξ αὐλοὶ μέν εἰσι πολλοί, κάλαμοι δὲ τῶν αὐλῶν ἕκαστος. αὐλοῦσι δὲ

censui omnes: nunc unum ipse quoque, o sacerdos, audire pervelim: nempe quid illud sit, quod postremo abiens Therſander Leucippae interminatus est, fistulae mentione facta. Tum ille: Recte sane, inquit, rogas. Aequum enim est, ut, qui rem hanc, uti se habet, scimus, vos edoceamus. Ego vero parem tibi me gratiam relaturum esse promitto.

VI. Videsne igitur, inquit ille, nemus post templum? In eo spelunca est, mulieribus quidem inaccessa: virginibus autem nequaquam. Paulo intra eius ostium fistula suspensa est: quod instrumenti genus si apud vos Byzantios in usu est, iam, quid dicam, intelligitis: sin autem e vobis aliquis est in hisce musicis minus versatus, ei ego, quale id sit, Panisque omnem etiam fabulam, quatenus ad id pertinet, enarrabo. Fistula pluribus e tibiis compacta est: quae singulae singulis ex arundinibus con-

οἱ κάλαμοι πάντες, ὥσπερ αὐλὸς εἷς. σύγκεινται δὲ στιχηδὸν ἄλλος ἐπ' ἄλλον ἠνωμένος. τὸ πρόσωπον ἰσοστάσιον καὶ τὸ νῶτον. καὶ ὅσοι εἰσὶ τῶν καλάμων βραχὺ μικρῷ λειπόμενοι, τούτων μείζων ὁ μετὰ τοῦτον [1],

ſtant. Atque arundines ipſae omnes perinde ac tibia una ſonum edunt: inter ſeque ita collocatae ſunt, ut altera alteri ordinatim adhaereat. Facies anterior poſteriori ſimilis habetur. Quoniam autem arundinum aliam alia excedit, illud ſcire oportet, altero ex capite quanto pri-

1 Λειπόμενοι τούτων, μείζων ὁ μετὰ τοῦτον) Haec verba hic inſeruimus ex veteribus libris, quae non habentur in editione. Sed nec in Anglicano hoc loco comparent. Exſtant quidem paulo poſt, linea ſequenti. Et videntur inde poſſe abeſſe. Locus omnino perturbatior. Sic legitur in Anglicano, ut in editis: καὶ ὅσοι εἰσὶ τῶν καλάμων βραχὺ μικρῷ λειπόμενοι τούτων, καὶ ἐπὶ τῷ δευτέρῳ τοσοῦτον, ὅσον τοῦ δευτέρου, καὶ μείζων ὁ μετὰ τοῦτον· τρίτος καὶ κατὰ λόγον. οὕτως ὁ λοιπός. In editis tamen alia eſt interpunctio in his ultimis, καὶ μείζων ὁ μετὰ τοῦτον τρίτος, καὶ κατὰ λόγον. Verba haec ita ſcripta, ut ea exhibent Palatinus & Anglicanus, vix ſenſum habent. Ideo in melioribus libris poſt illa, λειπόμενοι τούτων, ſequuntur iſta, μείζων ὁ μετὰ τοῦτον. Quae voces cum paulo poſt repetantur, videntur ſuo loco haud poſitae, ac ex ea ſede in iſtam transferendae. Sic igitur totus locus conſtituendus & ordinandus, mutatis interpunctionibus: καὶ ὅσοι εἰσὶ τῶν καλάμων βραχὺ μικρῷ λειπόμενοι, τούτων μείζων ὁ μετὰ τοῦτον, καὶ ἐπὶ τῷ δευτέρῳ τοσοῦτον ὅσον τοῦ δευτέρου μείζων ὁ τρίτος, καὶ κατὰ λόγον οὕτως ὁ λοιπὸς τῶν καλάμων χορός. Incipit in fiſtula deſcribenda a minimis calamis, & procedit ad maiores. Contra alii auctores a maioribus incipiunt, & progrediuntur ad minimos. Pollux: Σύριγξ, αὐλοὶ πολλοί, ἕκαστος κατὰ μικρὸν ὑφ' ἑκάστῳ ὑποληγοντες εἰς τὸν ἐλάχιστον ἀπὸ τοῦ μεγάλου. Tibullus:

Fiſtula cui ſemper decreſcit arundinis ordo.

Tatius hic dicit, fiſtulae ſemper accreſcere ordinem arundinis. *Quaecunque*, inquit, *arundinum paulo ceteris breviores ſunt, in his maior eſt, quae ſequitur, id eſt, quae ſecundo loco eſt, longior eſt, quam quae primo. Et quae poſt ſecundam ſequitur, in tantum longior eſt, quam tertia ſecunda maior habetur.* Hoc ſonant Graeca verba, ut & ſupra proſuimus. Nondum tamen ſatis ſana videntur. Quid eſt enim dicere, qui poſt ſecundum eſt calamus, tanto longior eſt ſecundo, quantum tertius ſecundum magnitudine ſuperat? Nonne ὁ ἐπὶ τῷ δευτέρῳ idem, quod ὁ τρίτος κάλαμος; Idem eſt igitur, ac ſi diceret, tertius calamus in tantum longior eſt ſecundo, quantum ſecundus eſt brevior tertio. Quod eſt ineptum. Sic igitur pu-

καὶ ἐπὶ τῷ δευτέρῳ τοσοῦτον, ὅσον τοῦ δευτέρου μείζων ὁ μετὰ τοῦτον τρίτος, καὶ κατὰ λόγον οὕτως ὁ λοιπὸς τῶν καλάμων χορὸς ἕκαστον τοῦ πρόσθεν ἴσον ἔχων [1], τὸ δὲ ἔσω μέσον ἐστὶ τῷ περιττῷ. αἴτιον δὲ τῆς τοιαύτης τάξεως, ἡ τῆς ἁρμονίας διανομή. τὸν μὲν γὰρ ὀξύτατον ἄνω, καὶ ὅσον εἰς τὸ κάτω πρῶτον βαρὺ,

mam ſecunda ſuperat, tanto ſecundam a tertia ſuperari, ceteraſque deinceps proportionem eandem ſequi: ex altero vero capite aequales illas inter ſe omnes eſſe: quae omnium media eſt, ea longiore dimidio minor eſt. Eo autem ordine diſpoſitae arundines fuerunt, ut aequalis effici concentus poſſet. Nam cum acutiſſimus ſonus in ſublime admodum feratur, graviſſimus autem contra depri-

to diſtinguendum: καὶ ὅσοι εἰσὶ τῶν καλάμων μικρῷ λειπόμενοι, τούτων μείζων ὁ μετὰ τοῦτον, καὶ ἐπὶ τῷ δευτέρῳ τοσοῦτον, ὅσον τοῦ δευτέρου μείζων ὁ τρίτος. Ubi poteſt etiam legi, ὅσον ὁ τοῦ δευτέρου μείζων ὁ μετὰ τοῦτον τρίτος. Quae repetitio non eſt ingrata. Idem eſt igitur, ac ſi dixiſſet, & poterat quidem ita brevius haec concipere, τούτων μείζων ὁ μετὰ τοῦτον δεύτερος, τοσοῦτον ὅσον τοῦ δευτέρου μείζων ὁ μετὰ τοῦτον τρίτος. Turbant tamen adhuc illa ἐπὶ τῷ δευτέρῳ, quae accipi poſſunt pro tertio, id eſt, pro eo, qui poſt ſecundum eſt, vel a ſecundo. Alias, ut ea hic accipimus, qui poſt primum ſequitur, ὁ μετὰ πρῶτον, is eſt, qui ἐπὶ δευτέρῳ, hoc eſt, ἐν τῷ δευτέρῳ τόπῳ. Sed hoc durum eſt. Omnino puto corrupiſſe locum imperitos, cum ſcripſiſſet auctor ἐπιδεύτερος, hoc modo: τούτου μείζων ὁ μετὰ τοῦτον, καὶ ἐπιδεύτερος. Sic ſupra locum corruperant, ἐπιδεύτερα φερόμενοι, proque eo repoſuerant, ἐπὶ τὰ δεύτερα. Recte interpres reddidit, *altero ex capite quanto primam ſecunda ſuperat, tanto ſecundam a tertia ſuperari, ceteraſque deinceps proportionem eandem ſequi.*

1 Ἕκαστον τοῦ πρόσθεν ἴσον ἔχων) Editio Palatina cum Anglicano Codice, ἴσον ἔχει. Ceteri ἔχων. Parum refert, utram ſequaris. Sed non minimum, ut ἄνισον legatur, pro ἴσον, ita ſententia loci flagitante. Dicit, ita compoſitos eſſe calamos fiſtulae, ut ſemper longior ſequatur breviorem. Tanto enim longiorem eſſe ſecundum primo, quantum tertius longior eſt ſecundo. Deinde addit, καὶ κατὰ λόγον οὕτως ὁ λοιπὸς τῶν καλάμων χορὸς ἕκαστον τοῦ πρόσθεν ἄνισον ἔχων. Si enim ſecundus longior primo, ſecundo tertius, quomodo iuxta hanc proportionem fiſtula ſingulos inter ſe habere calamos pares poſſit? Immo diſpares. Ergo legendum, ἕκαστον ἄνισον ἔχων τοῦ πρόσθεν, non ἴσον.

κατὰ κέρας ἑκάτερον ὁ ἄκρος ἔλαχεν αὐλός· τὰ δὲ μεταξὺ τῶν ἄκρων τοῦ ῥυθμοῦ διαστήματα· πάντες οἷ μεταξὺ κάλαμοι ἕκαστος ἐπὶ τὸν πέλας τὸ ὀξὺ κατα-φέρων ἐς τὸ τελευταῖον συνάπτει βαρεῖ [1]. ὅσα δὲ ὁ τῆς Ἀθηνᾶς αὐλὸς ἐντὸς λαλεῖ, τοσαῦτα καὶ ὁ τοῦ Πανὸς ἐν τοῖς στόμασιν αὐλεῖ. ἀλλ' ἐκεῖ μὲν οἱ δακτυλοι κυβερνῶσι τὰ αὐλήματα· ἐνταῦθα δὲ τοῦ τεχνίτου τὸ στόμα μιμεῖται τοὺς δακτύλους. κἀκεῖ μὲν κλείσας ὁ αὐλητὴς τὰς ἄλλας ὀπὰς, μίαν ἀνοίγει μόνην, δι' ἧς τὸ πνεῦμα καταῤῥεῖ· ἐνταῦθα δὲ τοὺς μὲν ἄλλους ἐλεύθερους ἀφῆκεν καλάμους, μόνον δὲ τὸ χεῖλος ἐπιτίθησιν, ὃν ἂν ἐθέλῃ μὴ σιωπᾷν. μεταπηδᾷ τε ἄλλοτε ἐπ' ἄλλον, ὅπου ποτ' ἂν εἴῃ τοῦ κρούματος ἡ ἁρμονία κα-

matur, amboque extremas arundines, alter alteram ſcilicet, ſortiti ſint, interiacentes alias, quae vocum intervalla moderarentur, conſtitui neceſſe fuit. Illae enim ſonos impares, ſed tamen pro rata portione diſtinctos nactae, acutaque cum gravibus temperantes, in cauſa ſunt, ut extremae inter ſe congruant ſic, uti aequalis demum concentus efficiatur. Porro fiſtula haec, ſi ori eam quis admoveat, eadem prorſus, quae Palladis tibia, refert: verum hic digiti modos temperant, illic os manum imitatur: hic tibicen foramina omnia, uno dumtaxat excepto, per quod ſpiritus exeat, obturat; illinc arundines alias omnes liberas relinquit, uni tantum, quam quidem ſonum edere velit, os admovet: qua deinde omiſſa, ad aliam atque aliam, prout ad ſuaviorem cantum edendum

1 Ἐς τὸ τελευταῖον συνάπτει βαρεῖ) Ita edidimus, ut etiam eſt in editione, quamvis eam lectionem cenſeamus corruptam. Scripti Codices habent omnes, ἐς τὸν τῷ τελευταίῳ συνάπτει βαρεῖ. Ex quo faciendum putarim, ἐς τε τῷ τελευταίῳ συνάπτει βαρεῖ, *donec ultimo acuto ea intervalla ſonorum connectat*; vel etiam, ἐς τ' ἂν τῷ τελευταίῳ συνάπτῃ βαρεῖ.

λή. οὕτως αὐτῷ περὶ τοὺς αὐλοὺς χορεύει τὸ στόμα. Ἦν δὲ ἡ σύριγξ, οὔτε αὐλὸς ἀπ' ἀρχῆς, οὔτε κάλαμος· ἀλλὰ παρθένος εὐειδὴς οἵαν εἶχεν κρίνειν. ὁ Πὰν οὖν ἐδίωκεν αὐτὴν δρόμον ἐρωτικὸν, τὴν δὲ ὕλη τις δέχεται δασεῖα φεύγουσαν. ὁ δὲ Πὰν κατὰ πόδας εἰσθορῶν, ὤρεγε τὴν χεῖρα ὡς ἐπ' αὐτήν. καὶ ὁ μὲν ᾠετο τεθηρακέναι, καὶ ἔχεσθαι τῶν τριχῶν· καλάμων δὲ κόμην εἶχεν ἡ χείρ. τὴν μὲν γὰρ εἰς γῆν καταδῦναι λέγουσιν· καλάμους δὲ τὴν γῆν ἀντ' αὐτῆς τεκεῖν· τέμνει δὲ τοὺς καλάμους ὑπὸ ὀργῆς ὁ Πὰν, ὡς κλέπτοντας αὐτοῦ τὴν ἐρωμένην. ἐπεὶ δὲ μετὰ ταῦτα οὐκ εἶχεν εὑρεῖν, εἰς τοὺς καλάμους δοκῶν λελύσθαι τὴν κόρην, ἔκλαιε τὴν τομὴν, νομίζων τεθνηκέναι τὴν ἐρωμένην. συμφορήσας οὖν τὰ τετμημένα τῶν καλάμων ὡς μέλη τοῦ σώματος, καὶ συνθεὶς εἰς ἓν σῶμα, εἶχε διὰ χειρῶν τὰς τομὰς τῶν καλάμων καταφιλῶν, ὡς τῆς κόρης

fieri par eſt, tranſilit. Eoque pacto circum arundines ei os tripudiat. Ac fuit quidem tempus, cum fiſtula haec neque tibia, neque arundo erat, ſed virgo, ſupra quam quis iudicare poſſit, formoſa: quae cum ſui amore captum Panem Deum fugeret, denſiſſimam in ſilvam ſeſe recepit. Pan vero veſtigiis conſecutus, puellae manum tandem iniecit: cumque capillis comprehenſam illam tenere ſe arbitraretur, arundinum pro coma frondes apprehendiſſe comperit, quas abſorptae terrae diſceſſu puellae loco enatas aiunt. Has igitur, utpote quae amicam ſibi ſuam eripuiſſent, irae impotentia devictus, ſuccidit. Verum puella, quam in arundines mutatam putabat, minime inventa, facti conſcientia commotus, quod amicam leto ſe dediſſe crederet, ingemuit, diſſectaſque arundines, tanquam virginis membra eſſent, colligens, atque in unum componens, manibus continere, ac diſſuaviari perrexit. Ita

τραύματα. ἔστενε δ' ἐρωτικὸν ἐπιβεὶς τὸ στόμα, καὶ ἐνέπνει ἄνωθεν εἰς τοὺς αὐλοὺς ἅμα φιλῶν. τὸ δὲ πνεῦμα διὰ τῶν ἐν τοῖς καλάμοις στενωπῶν καταῤῥέον, αὐλήματα ἐποίει, καὶ ἡ σύριγξ εἶχε φωνήν. Ταύτην οὖν τὴν σύριγγά φασι ἀναθεῖναι μὲν ἐνθάδε τὸν Πάνα, περιορίσαι δὲ εἰς σπήλαιον αὐτὴν, θαμίζειν τε αὐτὸν τῇ σύριγγι, καὶ συνήθως αὐλεῖν. χρόνῳ δὲ ὕστερον χαρίζεται τὸ χωρίον τῇ Ἀρτέμιδι, συνθήκας ποιησάμενον πρὸς αὐτὴν, μηδεμίαν ἐκεῖ καταβαίνειν γυναῖκα. ὅταν οὖν αἰτίαν ἔχῃ τις οὐκ εἶναι παρθένον, προπέμπει μὲν αὐτὴν ὁ δῆμος μέχρι τῶν τοῦ σπηλαίου θυρῶν· δικάζει δὲ ἡ σύριγξ τὴν δίκην. ἡ μὲν γὰρ παῖς εἰσέρχεται κεκοσμημένη μόνῃ στολῇ [1] τῇ νενομισμένῃ, ἄλλος δὲ ἐπικλείει τὰς τοῦ σπηλαίου θύρας. κἂν μὲν ᾖ παρθέ-

dum amatorie lamentatur, ipsisque arundinum sectionibus, quasi puellae vulneribus, suspirans oscula infert, spiritus calamos intravit, perque angustias eorum means sonum edidit: atque hoc pacto fistula vocem nacta est: quam deinceps a Pane in spelunca illa collocatam conclusamque fuisse, Deum autem ipsum illo frequenter venire, ac de more canere solitum, constans fama est. Per tempora vero posteriora gratiam a Diana se inituros arbitrati regionis huiusce incolae, fistulam ei consecraverunt, pactione facta, non nisi virgines ad eam descendere se passuros. Quamobrem cum in violati pudoris suspicionem virgo aliqua venit, eam populus ad speluncae usque fores comitatur, ut fistulae iudicium subeat. Quod quidem huiusmodi est. Nam quae stupri suspecta est, stolam ad id rite comparatam induta in antrum descendit. Cuius postes ab uno aliquo statim observantur: ac tum quidem, si ea virgo adhuc sit, dulcis

1 Μόνῃ στολῇ) Μόνῃ ortum videtur e fine antec. κεκοσμημένῃ· vel ita transponendum: εἰσέρχεται μόνη, κεκοσμ.

νος, λιγυρόν τι μέλος ἀκούεται καὶ ἔνθεον, ἤτοι τοῦ τόπου πνεῦμα ἔχοντος μουσικὸν εἰς τὴν σύριγγα ταμεῖον, ἢ ταχα καὶ ὁ Πὰν αὐτὸς αὐλεῖ. μετὰ δὲ μικρὸν αὐτόμαται μὲν αἱ θύραι ἀνεῴχθησαν τοῦ σπηλαίου· ἐκφαίνεται δὲ ἡ παρθένος ἐστεφανωμένη τὴν κεφαλὴν πίτυος κόμαις. ἐὰν δὲ ἧ τὴν παρθενίαν ἐψευσμένη, σιωπᾷ μὲν ἡ σύριγξ, οἰμωγὴ δέ τις ἀντὶ μουσικῆς ἐκ τοῦ σπηλαίου πέμπεται, καὶ εὐθὺς ὁ δῆμος ἀπαλλάττεται, καὶ ἀθίησιν ἐν τῷ σπηλαίῳ τὴν γυναῖκα. τρίτῃ δὲ ἡμέρᾳ παρθένος ἱέρεια τοῦ τόπου παρελθοῦσα, τὴν μὲν σύριγγα εὑρίσκει χαμαὶ, τὴν δὲ γυναῖκα οὐδαμοῦ. Πρὸς ταῦτα παρασκευασασθαι πῶς ἂν αὐτοὶ σχῆτε τύχης, καὶ σύνετε. εἰ μὲν γάρ ἐστι παρθένος, ὡς ἔγωγε βουλοίμην, ἄπιτε χαίροντες τῆς σύριγγος τυχόντες εὐμενοῦς· οὐ γὰρ ἄν ποτε ψεύσαιτο τὴν κρίσιν· εἰ δὲ μὴ, αὐτοὶ γὰρ ἴστε οἵα εἰκὸς

quidam ac paene divinus ſonus exauditur: ſive quod canorum ſpiritum intra calamos reconditum locus ille habeat, ſive quod Pan forte ipſe canat. Nec multo poſt antri valvae ſponte recluduntur, virgoque pineis frondibus redimita conſpicitur. Si autem virginem ſe mentita fuerit, pro fiſtulae cantu fletum quendam ſpelunca emittit. Populus itaque, relicta inibi muliere, confeſtim abit: virgo autem loci eius antiſtita tertio demum die ſpeluncam ingreſſa, fiſtulam quidem humi delapſam, mulierem vero nuſquam reperit. Id vobis diſcriminis ſubeundum erit: cuius qui exitus futurus ſit, etiam atque etiam cogitate. Ac ſi viri adhuc expers Leucippe eſt, id quod ipſe ſane pervelim, alacres periculum facite, propitiam vobis fiſtulam habituri, cuius iudicium nemini unquam fraudi fuit. Sin minus; vos enim ſcire debetis, quam multa veriſimile ſit

ἐν τοσαύταις αὐτὴν ἐπιβουλαῖς γενομένην ἄκουσαν.

ζ'. Καὶ εὐθὺς ἡ Λευκίππη πρὶν τὸν ἱερέα εἰπεῖν τὸν ἑξῆς λόγον· Ὡς γέ μοι δοκεῖ, μηδὲ εἴπῃς [1]. ἐγὼ γὰρ ἑτοίμη εἰς τὸ τῆς σύριγγος σπήλαιον εἰσελθεῖν, χωρὶς κλήσεως κατακεκλεῖσθαι. Ἀγαθὰ λέγεις, ὁ ἱερεὺς εἶπεν, καί σοι συνήδομαι ὑπὲρ σωφροσύνης καὶ τύχης. Τότε μὲν οὖν ἑσπέρας γενομένης, ἕκαστος ἡμῶν ἀπῆει κοιμηθησόμενος, ἔνθα ὁ ἱερεὺς παρεσκεύασεν. ὁ Κλεινίας δὲ οὐκ ἦν ἡμῖν συνδειπνῶν· ὡς ἂν μὴ Φορτικὸς δοκοίημεν εἶναι τῷ ξενοδόχῳ· ἀλλ' ἔνθα καὶ τὴν

eam vel invitam pertuliſſe, cui toties in inſidiatorum manus devenire contigit.

VII. Tum Leucippe, antequam coeptum ſermonem ſacerdos finiret: Atqui quod ad me, inquit, attinet, ne ſollicitus ſis: ego enim fiſtulae antrum promte ingrediar, atque illud nullo adiutore concludetur. Eſt id mihi, inquit ſacerdos, periucundum: tuamque tibi continentiam & felicitatem gratulor. Sed cum iam adveſperaſſet, noſtrûm unuſquiſque, ubi ſacerdos praeſcripſerat, cubitum abiit. Clinia nobiſcum haudquaquam coenaverat, hoſpiti enim oneri eſſe nolebamus; ſed eo ſe receperat, ubi pri-

1 Ὡς γέ μοι δοκεῖ, μηδὲ εἴπῃς) Ita omnes libri. Haud ſcio, quam lectionem ſecutus ſit interpres, qui vertit: *Quod ad me attinet, ne ſollicitus ſis.* An legit, μὴ δείσῃς; *Ne timeas?* Ita videtur. Sed neque haec ſcriptura, neque mens auctoris germana. Priuſquam ſermonem abſolviſſet ſacerdos de Leucippe, quae, ſi forte, in tot caſibus & accidentibus, quibus incurrerat, potuit virginitatem non retinuiſſe videri, quamvis invita, cum additurus eſſet, ὡς γέ μοι δοκεῖ· & iam fortaſſe paene verba illa enuntiaverat, εἰ δὲ μὴ, αὐτοὶ γὰρ ἴστε, οἷα εἰκὸς ἐν τοσαύταις αὐτὴν ἐπιβουλαῖς ἄκουσαν, ὡς γέ μοι δοκεῖ· cum, inquam, haec verba dimidiata pronuntiaſſet, ab ore loquentis ea excipiens, priuſquam tota effatus eſſet, Leucippe reſpondet, ὡς γέ μοι δοκεῖ, μηδὲ εἴπῃς. Ne iſtud, inquit, dixeris, quaſi videar tibi invita iacturam virginitatis perpeſſa, per tot rerum diſcrimina, quae pertuli: nam parata ſum, in ſpeluncam illam deſcendere, & probationem fiſtulae experiri, ut ſcias, me neque invitam virginitate excidiſſe.

πρόσθεν ἡμέραν, καὶ τὴν τότε. Τὸν μέν τοι Σώστρατον ἑώρων ὑποθορυβηθέντα τῷ τῆς σύριγγος διηγήματι, μὴ ἄρα τὰ τῆς παρθενίας δι' αἰδῶ τὴν πρὸς αὐτὸν ψευδώμεθα. διανεύω δὲ τῇ Λευκίππῃ νεύματι ἀφανεῖ τὸν φόβον τοῦ πατρὸς ἐξελεῖν, ἐπισταμένην οἵῳ δὴ τρόπῳ μάλιστα οἴεται πείσειν. κἀκείνη δὲ ἐδόκει μοι ταὐτὸν ὑποπτεύειν, ὥστε ταχὺ μὲν συνῆκεν. διενοεῖτο δὲ καὶ πρὸ τοῦ παρ' ἐμοῦ νεύματος, ὡς ἂν κοσμιώτατα προσενεχθείη τῷ πιστώματι. Μέλλουσα οὖν πρὸς ὕπνον ἀναχωρεῖν, καὶ ἀσπαζομένη τὸν πατέρα, ῥήμα πρὸς αὐτόν· Θάῤῥει, πάτερ, ἔφη, περὶ ἐμοῦ, καὶ πίστευε τοῖς εἰρημένοις. μὰ τὴν γὰρ Ἄρτεμιν, οὐδ' ἕτερος ἡμῶν οὐδὲν ἐψεύσατο. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ περὶ τὴν θεωρίαν ἦσαν ὅ τε Σώστρατος καὶ ὁ ἱερεὺς, καὶ ἠὐτρεπισμέναι ἦσαν αἱ θυσίαι. παρῆν δὲ καὶ ἡ βουλὴ μεθέξουσα τῶν ἱερῶν. εὐθημίαι δὲ ἦσαν εἰς τὴν θεὰν πολλαί. καὶ ὁ Θέρ-

die quoque diverſatus. Ceterum Soſtratus, iis auditis, quae de fiſtula narrata fuerant, ſubvereri nobis viſus eſt, ne verecundia erga ſe noſtra ad mentiendam virginitatem adduceremur. Quamobrem ego puellae clam nutu indicavi, ut illum patri timorem eximeret: quo enim maxime modo id ei perſuaderet, didicerat, idemque & ipſa ſuſpicari mihi viſa fuerat Quid enim meus ille nutus ſibi vellet, ſtatim percepit: ac iam etiam ante, quam ei annuerem. nonnulla excogitaverat, ad perſuadendum quam appoſitiſſima. Cubitum enim itura, patre ſalutato, bonoque animo eſſe iuſſo: Verbis, inquit, pater, noſtris fidem habe: nemo enim noſtrûm, ita me Diana ſervet, ulla in re mentitus eſt. Poſtridie illius diei, cum victimae in promtu eſſent, Soſtratus & ſacerdos ſacris peragendis operam impenderunt. Convenit autem etiam divinae rei particeps futura concio. Deaeque magno cum plauſu acclamatum

σανδρος· ἔτυχε γὰρ καὶ αὐτὸς παρών· προσελθὼν τῷ προέδρῳ· Πρόγραψον εἰς αὔριον, ἔφη, τὰς περὶ ἡμῶν δίκας, ἐπεὶ καὶ τὸν καταγνωσθέντά σοι χθὲς, ἤδη τινὲς ἔλυσαν, καὶ ὁ Σωσθένης ἐστὶν οὐδαμοῦ. Προγέγραπτο μὲν οὖν εἰς τὴν ὑστεραίαν ἡ δίκη. παρεσκευαζόμεθα δὲ ἡμεῖς μάλα εὐπρεπῶς ἔχοντες.

η'. Ἠκούσης δὲ τῆς κυρίας, ὁ Θέρσανδρος εἶπεν ὧδε· Οὐκ οἶδα, τίνος ἄρξομαι λόγου καὶ πόθεν, οὐδὲ τίνων κατηγορήσω πρῶτον, καὶ τίνων δεύτερον. τάτε γὰρ τετολμημένα πολλὰ ὑπὸ πολλῶν, καὶ οὐδὲν οὐδενὸς τῷ μεγέθει δεύτερον· πάντα δὲ ἀλλήλων γυμνὰ, καὶ μεθ' ὧν οὐδ' ἂν ἄψωμαι κατηγορῶν. τάτε γὰρ τῆς ψυχῆς κρατούσης, Φοβοῦμαι μὴ ἀτελὴς ὁ λόγος μοι γένηται, τῆς τῶν ἄλλων μνήμης τὴν γλῶτταν ἐφ' ἕκαστον ἑλκούσης. ἡ γὰρ εἰς τὸ μήπω λεχθὲν ἔπειξις

est. Therſander autem, aderat enim & ipſe, in praeſidis conſpectum progreſſus: Vadimonium, inquit, nobis in craſtinum differ: quem enim tu heri damnaſti, nonnulli miſſum fecerunt, Soſtheneſque nuſquam invenitur. Itaque factum fuit. Noſque interea, ut vadimonium longe paratiores obiremus, operam dedimus.

VIII. Cuius cum dies tandem adveniſſet, Therſander hunc in modum verba fecit: Quibus utar verbis, undeve initium dicendi ſumam, quos prius, & quos poſterius accuſem, non ſatis ſcio: multa enim, & a multis audacter facta, mihi dicenda ſeſe offerunt, magnitudine inter ſe paria, & manifeſtiora, quam ut hac in accuſatione referri a me debeant. Quamquam ea, quae animus concepit, vereor ut explicare oratione poſſim, aliarum praeſertim rerum memoria linguam ad ſe trahente. Quippe dum ad illa, quae nondum dicta ſunt, oratio feſtinat, ſa-

τοῦ λόγου, τὸ ὁλόκληρον τῶν ἤδη λεχθέντων παραιρεῖται. ὅταν μὲν γὰρ Φονεύσωσι τοὺς ἀλλοτρίους οἰκέτας οἱ μοιχοὶ, μοιχεύσωσι δὲ τὰς ἀλλοτρίας γυναῖκας οἱ Φονεῖς, λύουσιν ἡμῖν τὰς θεωρίας οἱ πορνοβοσκοὶ, τὰ δὲ σεμνότατα τῶν ἱερῶν μιαίνουσιν αἱ πόρναι. τὰς ἡμέρας δὲ λογιζόμενος, ἢ ταῖς δούλαις καὶ τοῖς δεσπόταις [1], τί δράσειέ τις ἔτι, τῆς ἀνομίας ἐμοῦ καὶ μοι-

culatem eripi mihi sentio, quo minus res iam susceptas absolvam. Etenim cum aliorum servos adulteri necent, alienas coniuges ficarii violent, damnatos a suppliciis lenones eripiant, sanctissima Deorum templa meretrices profanent, sint etiam, qui ancillis herisque diem dicant; quae

1 Τὰς ἡμέρας δὲ λογιζόμενος, ἢ ταῖς δούλαις καὶ τοῖς δεσπόταις) Haec nullas intelligo. Nec omnino interpres, qui sic reddidit: *Sint etiam, qui ancillis herisque diem dicant, quae adulteria, quae sacrilegia, quas caedes, quae denique flagitia non sibi licere quivis existimet.* Non melius, haec Latina quid velint, percipio, quam Graeca. Illud tamen scio, Graecorum sensum Latinis istis non exprimi. Sic enim habent: τὰς ἡμέρας δὲ λογιζόμενος, ἢ ταῖς δούλαις καὶ τοῖς δεσπόταις, τί δράσειέ τις ἔτι, τῆς ἀνομίας ἐμοῦ, καὶ μοιχείας, καὶ ἀσεβείας, καὶ μιαιφονίας, κεχερασμένης. Haec corruptissima videntur. Nec enim quaestio est de die dicta servis aut ancillis, neque, si esset, ex verbis, ut posita sunt, ea mens eliceretur. Certum est quidem, ad illud respici, quod supra dictum est de templo Dianae, cuius ingressus solis virginibus asylum petentibus dabatur, & solis viris. Mulier vero si quae esset ingressa ad hoc, poena mortis eam manebat, nisi si ancilla violentiae domini vitandae eo confugisset. Tum magistratus inter illam & dominum iudicabat. Si iniuriam feciisse convictus esset herus ancillae suae, Deae ipsi ancilla illa adiudicabatur, nec hero reddebatur. Si infons herus esset pronuntiatus, recipiebat ancillam, dato iureiurando, illius perfugii, quod ancilla expetiisset, memorem se non esse futurum. Videndum igitur, quomodo sint constituenda huius loci verba, quae sine dubio eo alludunt. Putarem scriptum esse ab auctore: τὰ ἡμέτερα δὲ λογιζόμενος ἐν ταῖς δούλαις καὶ τοῖς δεσπόταις, τί δράσειέ τις ἔτι, τῆς ἀνομίας ὁμοῦ καὶ μοιχείας, καὶ ἀσεβείας, καὶ μιαιφονίας, κεχερασμένης. De Diis prius dixit, & quae ad eos, & eorum sacra pertinent, violatas esse templorum religiones ac sacrorum legationes. Deinde addit: quod ad nostra attinet, quae ancillas dominosque spectant, dum ea reputo, quis quid amplius super ea re agere velit, aut facere, ubi iniustitia, adulterium, impietas, & homicidium simul misceantur? Minima mutatione locum, ut puto, depravatissimum sanavimus.

χείας, καὶ ἀσεβείας, καὶ μιαιφονίας κεκερασμένης. Κατεγνώκατέ τινος θάνατον· ἐφ' αἷς δή ποτ' οὖν αἰτίαις; οὐδὲν γὰρ διαφέρει· καὶ δεδεμένον εἰς τὸ δεσμωτήριον ἀπεστείλατε, φυλαχθησόμενον τῇ καταδίκῃ· οὗτος δὲ παρέστηκεν ὑμῖν, ἀντὶ τῶν δεσμῶν λευκὴν ἠμφιεσμένος στολήν, καὶ ἐν τῇ τάξει τῶν ἐλευθέρων ἕστηκεν ὁ δεσμώτης. τάχα δὲ καὶ τολμήσει καὶ φωνὴν ἀφεῖναι, καὶ ἐπιρητορεῦσαί τι κατ' ἐμοῦ, μᾶλλον δὲ καθ' ὑμῶν καὶ τῆς ὑμετέρας ψήφου. Λέγε δὲ ὧδε τῶν προέδρων καὶ συμβούλων τὸ δόγμα. ἀκούετε καθάπερ ἐψηφίσασθε, καὶ τὴν περὶ τούτου μοι γραφήν. Ἔδοξεν ἀποθνήσκειν Κλειτοφῶντα. Ποῦ τοίνυν ὁ δήμιος; ἀπαγέτω τοῦτον λαβών. δὸς ἤδη τὸ κώνειον. ἤδη τέθνηκε τοῖς νόμοις, κατάδικός ἐστιν ὑπερήμερος. Τί λέγεις, ὦ σεμνότατε καὶ κοσμιώτατε ἱερεῦ; ἐν ποίοις ἱεροῖς

adulteria, quae ſacrilegia, quas caedes, quae denique flagitia non ſibi licere quivis exiſtimet? Unum, quaeſo, aliquem vos quavis de cauſa, quaſi nihil referret, capitis damnaſtis, atque in cuſtodiam ſupplicio ſervatum dari iuſſiſtis, ut is demum candida pro vinculis ſtola circumdatus, veſtrum in conſpectum veniret, & inter liberorum hominum ordines reus ſederet. Quid? quod vocem forſan etiam emittere, ac verba contra me, aut potius contra vos, ſanctioneſque veſtras facere audebit? *Recita praeſidum conſiliariorumque decretum.* Auditiſne, quam de iſto ſententiam, me accuſatore, tuliſtis? Decretum quidem certe ſemel a vobis eſt, Clitophontem morte mulctandum eſſe. Ubinam igitur, lictor, es? Quin hunc ſublimem raptum abducis? Quin ei venenum praebes? Iam enim, quod ad leges attinet, mortuus eſt, ſuppliciique abiit dies. Quid vero ais tu, religioſiſſime atque ornatiſſime antiſtes? Qua-

γέγραπται νόμοις τοὺς ὑπὸ τῆς βουλῆς καὶ τῶν πρυτανέων κατεγνωσμένους, καὶ θανάτοις καὶ δεσμοῖς παραδοθέντας, ἐξαρπάζειν τῆς καταδίκης, καὶ τῶν δεσμῶν ἀπολύειν, καὶ κυριώτερον σαυτὸν ποιεῖν τῶν προέδρων καὶ τῶν δικαστηρίων; ἀνάστηθι τοῦ θώκου, πρόεδρε, παραχώρησον τῆς ἀρχῆς αὐτῷ καὶ τοῦ δικαστηρίου· οὐκ ἔτι οὐδενὸς εἷ κύριος, οὐδὲν ἔξεστί σοι κατὰ τῶν πονηρῶν ψηφίσασθαι, καὶ σήμερον ὅ, τι δόξει λύεται. τί ἕστηκας, ἱερεῦ, σὺν ἡμῖν ὡς τῶν πολλῶν εἷς; ἀνάβηθι, καὶ κάθισον ἐν τῷ τοῦ προέδρου θρόνῳ, καὶ σὺ δίκαζε λοιπὸν ἡμῖν μᾶλλον, καὶ κέλευε τυραννικῶς, μηδὲ ἀναγινωσκέσθω σοί τις νόμος, μηδὲ γνῶσις δικαστηρίου, μηδ' ὅλως ἄνθρωπον σεαυτὸν ἡγοῦ. μετὰ τῆς Ἀρτέμιδος προσκυνοῦ. καὶ γὰρ τὴν ἐκείνης τιμὴν ἐξήρπασας. αὐτῇ μόνῃ τοὺς ἐπ' αὐτῇ καταφεύ-

nam, obsecro te, lege cautum est, ut, qui a concione, summisque magistratibus, vinculis & morti addicti sunt, a iudicum severitate vindicari, & catenis exsolvi debeant? Cur maior tua sit, quam praesidum atque magistratuum potestas? Age iam, tuo e solio, Praeses, descende, huicque imperium ac iudiciorum auctoritatem omnem permitte: nihil enim iuris tibi amplius in quempiam est: nec in sceleslos ac nefarios homines tibi animadvertere amplius licet. Iste enim hodie, quem vult, absolvit. Quid vero tu tanquam privatus aliquis inter nos stas? Quin potius ascendis, atque in praesidis solio sedes, ius nobis posthac dicturus, aut, si mavis, tyrannice, legum omnium atque iudiciorum auctoritate neglecta, imperaturus? Nec vero te hominem tantum puta, sed cum Diana ipsa, cuius tibi honorem turpiter arrogasti, aeque coli iube: ea enim sola est, ad quam confugientes ad se, illos scilicet,

γοντας ἔξεστι σώζειν· καὶ ταῦτα πρὸ δικαστηρίου γνώσεως. δεδεμένον δὲ οὐδένα λέλυκεν ἡ θεὰ, οὐδὲ θανάτῳ παραδοθέντα ἠλευθέρωσεν τῆς τιμωρίας. τῶν δυστυχούντων εἰσὶν, οὐ τῶν ἀδικούντων, οἱ βωμοί. σὺ δὲ καὶ τοὺς δεθέντας ἐλευθεροῖς, καὶ τοὺς καταδίκους ἀπολύεις. οὕτως παρευδοκίμησας καὶ τὴν Ἄρτεμιν. τίς ὤκησεν ἀντὶ δεσμωτηρίου τὸ ἱερὸν φονεὺς καὶ μοιχὸς παρὰ τῇ καθαρᾷ θεῷ; οἴμοι μοιχὸς παρὰ τῇ παρθένῳ· συνῆν δὲ αὐτῷ καὶ γυνή τις ἀκόλαστος, ἀποδρᾶσα τοῦ δεσπότου. καὶ γὰρ ταύτην, ὡς εἴδομεν, ὑπεδέχου, καὶ μία γέγονεν αὐτοῖς ἑστία παρά σοι καὶ συμπόσιον, τάχα δὲ καὶ συνεκάθευδες ἱερεῦ. οἴκημα τὸ ἱερὸν ἐποίησας. ἡ τῆς Ἀρτέμιδος οἰκία μοιχῶν γέγονε, καὶ πόρνης θάλαμος. ταῦτα μόλις ἐν χαμαιτυπείῳ γίνεται. Εἷς

quorum cauſa nondum a iudicibus cognita eſt, ſervare pertinet. Ac quamvis neminem illa unquam in cuſtodiam datum ſolverit, neminem unquam morti addictum e lictorum manibus eripuerit: infelicibus enim, non impiis, Deorum arae praeſidio eſſe conſueverunt: unus tamen tu inventus es, qui reos e carceribus emitteres, damnatos abſolveres. Quod quid aliud ſit, quam Dianae auctoritate antecedere velle, non video. At vero quis unquam delubrum loco carceris inhabitavit? Quod nunc plane fieri conſtat: ſicarius enim atque adulter intactam apud Deam moratur. O indignum facinus, adulterum apud virginem diverſari, unaque impudicam ac fugitivam mulierem adeſſe! tu enim, uti vidimus, illam hoſpitio convivioque accepiſti: niſi forte vero etiam in templo, tanquam meretricia aliqua in cella, cum ea ſimul cubuiſti, Dianaeque fanum in adulterorum & ſcorti contubernium commutaſti: in quo non minus inhoneſte, quam ſcortatores lenonia aliqua in domo, cuncti verſati eſtis. Haec mihi, quae pri-

μὲν δή μοι λόγος κατ' ἀμφοῖν. τὸν μέν τοι ἀξιῶ τῆς αὐθαδείας δοῦναι τιμωρίαν, τὸν δὲ ἀποδοθῆναι κελεῦσον τῇ καταδίκῃ. Δεύτερος δέ ἐστι μοι πρὸς Μελίττην μοιχείας ἀγών, πρὸς ἣν οὐδὲν δέομαι λόγων. ἐν γὰρ τῇ τῷ θεραπαίνων βασάνῳ τὴν ἐξέτασιν γενέσθαι δέδοκται. ταῦτας οὖν αἰτῶ, αἳ κἂν βασανιζόμεναι φήσουσιν οὐκ εἰδέναι τοῦτον τὸν κατάδικον χρόνου πολλοῦ συνόντα αὐτῇ, καὶ ἐν ἀνδρὸς χώρᾳ, τὴν οἰκίαν τὴν ἐμὴν [1], οὐκ ἐν μοιχοῦ μόνον, καθεστηκότα, πάσης αἰτίας αὐτὴν ἀφίημι. ἂν τοίνυν τοὐναντίον, τὴν μὲν κατὰ τὸν νόμον ἀφεῖσθαι τῆς προικὸς φημὶ δεῖν ἐμοί· τὸν

mo loco in hoſce ambos dicerem, occurrerunt. Quorum alterum audaciae ac termeritatis ſuae poenas daturum arbitror: alterum vos iam tandem ſupplicio affici iubete. Nunc ut de adulterii rea Melite verba faciam, locus poſtulat. Qua in re nequaquam mihi oratione opus eſt; quandoquidem ex ancillis habita de eis quaeſtione veritatem inquiri debere, ſancitum eſt. Eas igitur adduci poſtulo: quae ſi tormentis adhibitis in hoc manſerint, ut dicant, neſcire ſe damnatum iſtum multo cum ea tempore conſueviſſe, domique meae mariti, nedum adulteri, loco diverſatum eſſe, nulla cauſa eſt, quin ego nunc ab omni eam accuſatione liberam dimittam: ſin minus; dote illam mihi adiudicanda, uti lege cautum eſt, privari: hunc ve-

1 Τὴν οἰκίαν τὴν ἐμὴν) In editione legitur, cui adſtipulatur Anglicanus, τῇ οἰκίᾳ τῇ ἐμῇ. Si καθεστηκότα hic paſſive accipimus, ut ſaepe accipitur, tum οἰκίᾳ τῇ ἐμῇ legendum ſit. Καὶ ἐν ἀνδρὸς χώρᾳ τῇ οἰκίᾳ τῇ ἐμῇ, οὐκ ἐν μοιχοῦ μόνον, καθεστηκότα. Sic accepiſſe videtur interpres, dum vertit, *domique meae mariti, nedum adulteri loco, diverſatur.* Sin autem active intelligamus, οἰκίαν τὴν ἐμὴν fuerit ſcribendum, ut in melioribus libris legitur: καθεστηκότα τὴν οἰκίαν τὴν ἐμὴν ἐν ἀνδρὸς χώρᾳ, οὐκ ἐν μοιχοῦ μόνον. *Qui domum meam domicilium ſibi ut marito conſtituit, non ut moecho tantum.* Hoc ſenſu melius legeretur καθεσταχότα, quam καθεστηκότα. Etſi ἕστηκα, & καθέστηκα etiam legatur pro ἕσταχα & καθέσταχα, ut Graece periti ſciunt.

δὲ ὑποσχεῖν τὴν ὀφειλομένην τοῖς μοιχοῖς τιμωρίαν· θάνατος δὲ ἔστιν αὐτῷ. ὥστε ὁποτέρως ἂν αὐτὸς ἀποθάνοι, ὡς μοιχὸς, ἢ ὡς φονεὺς, ἀμφοτέροις ἔνοχος ὢν, δίκην δεδωκὼς οὐ δέδωκε. ἀποθανὼν γὰρ ὀφείλει θάνατον ἄλλον. Ὁ δέ μοι τρίτος τῶν λόγων, πρὸς τὴν δούλην αὐτὴν τὴν ἐμὴν, καὶ σὸν σεμνὸν τοῦτον πατέρα ὑποκριτήν. ὃν εἰς ὕστερον, ὅταν τούτων καταψηφίσησθε, ταμιεύσομαι. Ὁ μὲν δὴ ταῦτα εἰπὼν ἐπαύσατο.

Θ'. Παρελθὼν δὲ ὁ ἱερεύς· ἦν δὲ εἰπεῖν οὐκ ἀδύνατος, μάλιστα δὲ τὴν Ἀριστοφάνους ἐζηλωκὼς κωμῳδίαν· ἤρξατο αὐτὸς λέγειν πάνυ ἀστείως καὶ κωμῳδικῶς εἰς πορνείαν αὐτοῦ καθαπτόμενος· Παρὰ τὴν θεὸν, λέγων, λοιδορεῖσθαι μὲν οὕτως ἀκόσμως τοῖς συμβεβιωκόσι, στόματος ἐστὶν οὐ καθαροῦ. οὗτος δὲ οὐκ ἐνταῦθα μόνον, ἀλλὰ καὶ πανταχοῦ τὴν γλῶτταν μεστὴν ὕβρεως ἔχει. καί τοί γε νέος ὢν, συνεγίνετο πολ-

ro morte, debita ſcilicet adulteris poena, mulctari oportere, aio. Qui ſive pereat ut adulter, ſive ut parricida, utriuſque criminis reus cum ſit, non ſane magni refert. Tametſi enim poenas dederit, non tamen dediſſe videbitur, nimirum quia morte ſemel affectus, alterius etiam mortis reus futurus eſt. Reliquum nunc eſt, ut de hac ſerva mea, venerandoque ſene iſto, eius patrem ſe mentiente, ſermonem faciam: verum eo uſque differre mihi animus eſt, dum de hiſce aliis decernatis. Atque hic ille dicendi finem fecit.

IX. Tum vero in medium progreſſus ſacerdos, homo in dicendo excellens, & Ariſtophanem inprimis aemulans, ſane quam urbane atque comice in flagitioſam Therſandri adoleſcentiam invectus: Aequales, hercule, inquit, tuos coram Dea tam petulanter maledictis inſectari, oris eſt omnino impuri. Is autem non hic modo, ſed alibi etiam paſſim impuram linguam ſemper habuit: quippe adhuc

λοῖς αἰδοίοις ἀνδράσι, καὶ τὴν ὥραν ἅπασαν ἐς τούτους δεδαπανήκει. σεμνότατα δέδρακεν, καὶ σωφροσύνην ὑπεκρίνατο, παιδείας προσποιούμενος ἐρᾶν, καὶ τοῖς εἰς ταύτην αὐτῷ χρωμένοις πάντα ὑποκύπτων, καὶ ὑποκατακλινόμενος ἀεί. καταλιπὼν γὰρ τὴν πατρῴαν οἰκίαν, ὀλίγον ἑαυτῷ μισθωσάμενος στενωπίον εἶχεν ἐνταῦθα τὸ οἴκημα, ὁμηρίζων μὲν τὰ πολλὰ, πάντας δὲ τοὺς χρησίμους, πρὸς ἅπερ ἤθελεν, προσεταιρίζετο δεχόμενος. καὶ οὕτως μὲν ἀσκεῖν τῇ ψυχῇ ἐνομίζετο. ἦν δ' ἄρα τούτῳ κακουργίας ὑπόκρισις, ἔπειτα καὶ τοῖς γυμνασίοις ἐωρῶμεν, πῶς τὸ σῶμα ὑπηλείφετο, καὶ πῶς πλέκτρον [1] περιέβαινεν, καὶ τοὺς μὲν νεανίσκους, οἷς προσεπάλαιεν, πρὸς τοὺς ἀνδρειοτέρους μάλιστα συμπλεκόμενος· οὕτως αὐτοῦ κέχρηται καὶ τῷ σώματι. ταῦτα μὲν οὖν ὡραῖος ὤν. ἐπεὶ δὲ εἰς ἄνδρας ἦκεν,

impuber cum impudiciſſimis quibuſque verſatus, omnem iis florem aetatis ſubſtravit. Cumque a pudore quam longiſſime abeſſet, diſciplinarum tamen ſtudioſum ſe ſimulans, continentiam prae ſe ferebat, iis interim obnoxius atque obſequens, qui pro libidine ſe abutebantur. Paterna enim domo relicta, conductum a ſe tugurium incoluit, ac partim quidem in foro cantitans, partim vero neminem vitans eorum, quos ad ea, quae cupiebat, idoneos cognoſceret, quaeſtum fecit. Atque his artibus cum animum ſuum excoleret, pravitatem tamen diſſimulabat. Vidimus vero ipſi, ut in gymnaſiis membra inungeret, arenamque circumiret; ex adoleſcentibus autem, quibuſcum luctabatur, ad fortiores ſeſe inprimis applicabat: ſic corpore ipſe ſuo abutebatur. Atque haec quidem adoleſcens.

1 Πλέκτρον) Vox ſuſpecta, pro qua forte cum Salmaſio reponendum πλῆκτρον, *pars femoris, qua caput eius coxendici iungitur*, iuxta Heſych. & Polluc. In ſeqq. idem Salmaſ. laboranti ſtructurae verborum ita ſuccurrit: καὶ τοῖς μὲν νεανίσκοις ὡς προσεπάλαιεν, πρὸς τοὺς ἀ. μ. συμπλεκόμενος.

πάντα ἀπεκάλυψεν, ἃ τότε ἀπέκρυπτε. καὶ τοῦ μὲν ἄλλου σώματος ἔξωρος γενόμενος, ἠμέλησεν· μόνην δὲ τὴν γλῶτταν εἰς ἀσέλγειαν ἀκονᾷ, καὶ τῷ στόματι χρῆται πρὸς ἀναισχυντίαν, ὑβρίζων πάντας, ἐπὶ τῶν προσώπων φέρων τὴν ἀναίδειαν, ὃς οὐκ ἠδέσθη τῶν ὑφ' ὑμῶν ἱερωσύνῃ τετιμημένων οὕτως ἀπαιδεύτως βλασφημεῖν ὑμῶν ἐναντίον. ἀλλ' εἰ μὲν ἐν ἄλλῃ που βεβιωκὼς ἔτυχον, καὶ μὴ παρ' ὑμῖν, ἔδει μοι λόγων περὶ ἐμαυτοῦ, καὶ τῶν ἐμοὶ βεβιωμένων· ἐπεὶ δὲ σύνιστέ μοι πόρρω τῶν τούτου βλασφημιῶν τὸν βίον ἔχοντι, φέρε εἴπω πρὸς ὑμᾶς περὶ ὧν ἐγκέκλημαι. Ἐλυσάς φησι τὸν θανάτου κατεγνωσμένον. καὶ ἐπὶ τοῦτο πάνυ δεινῶς ἐσχετλίασεν, τύραννον ἀποκαλῶν με, καὶ ὅσα κατετραγῴδησέ μου. ἔστι δὲ οὐχ ὁ σῴζων τοὺς συ-

Nam posteaquam virilem aetatem attigit, quaecunque clam ab eo antea gesta fuerant, palam fecit. Iamque natu grandior, cum ad ea patienda, quae alteri facere collibuerat, exoleviſſet, nihil penſi habuit, niſi unam ad petulantiam linguam exacuere: qua ſemper ad turpitudinem ita uſus eſt, ut in omnes convicia evomuerit, vultu eam, quam animo conceperat, procacitatem prae ſe ferens, eouſque, ut quem vos ſacerdotio dignum iudicaviſtis, coram vobis tam petulanter exagitare veritus non ſit. Quod ſi mihi alibi, quam in veſtro omnium conſpectu vixiſſe contigiſſet, copioſius utique de me, deque iis, quorum conſuetudine uſus ſum, verba facere me, ſat ſcio, oporteret: ſed quando vos mecum ipſi ſcitis, quam procul ſemper vitam duxerim ab iis, quorum iſte me inſimulat, ea tantum refellam, quae mihi nunc ab eo crimini dantur. Solviſti, inquit, morti addictum: atque hic quidem vehementer indignatus eſt, tyrannum me appellitans, aliaque permulta maxima cum acerbitate in me iactans: quaſi de-

κοφαντηθέντας τύραννος, ἀλλ' ὁ τοὺς μηδὲν ἀδικοῦντας [1], μήτε βουλῆς, μήτε δήμου κατεγνωκότος. ἢ κατὰ ποίους νόμους, εἰπὲ, τοῦτον αὐτὸν τὸν ξένον νεανίσκον κατέκλεισας πρῶτον εἰς τὸ δεσμωτήριον; τίς πρόεδρων κατέγνω; ποῖον δικαστήριον ἐκέλευσε δεθῆναι τὸν ἄνθρωπον; ἔστω γὰρ πάντα ἀδικήσας, ὅσα ἂν εἴπῃς, ἀλλὰ καὶ κριθήτω πρῶτον, ἐλεγχθήτω, λόγου μετα-

mum tyrannus ille sit, qui insontes, neque a populo & senatu damnatos, non autem, qui calumniatores servat. Verum age, obsecro, quibusnam legibus peregrinum tu adolescentem hunc in carcerem primum intrusisti? Quis praesidum id censuit? Quibus iudiciis homo vinciri iussus est? Sed ut omnium, quae afferis, reum esse fateamur: nonne legis officium est, inquirere, argumentisque con-

1 Ἀλλ' ὁ τοὺς μηδὲν ἀδικοῦντας) Non intelligo, quid velit auctor hoc loco. Interpres non auctorem reddidit, sed, quod ipsi placuit, dixit: *Quasi demum tyrannus ille sit, qui insontes atque indemnatos, non autem calumniatores, servat.* Sententia porro Graecorum verborum, ut hodie in libris omnibus leguntur, haec est. Est autem tyrannus, non qui servat per calumniam oppressos, sed servans eos, qui nihil mali fecerunt. At quomodo tyrannus ὁ σάζων τοὺς μηδὲν ἀδικοῦντας; Nulla varietas in libris, nisi quod pro μηδὲν ἀδικοῦντας, quidam habent μὴ ἀδικοῦντας. Legisse videtur interpres, certe ex coniectura, nam nullus hodie liber sic habet: ἐστὶ δὲ οὐχ ὁ σάζων τοὺς συκοφαντηθέντας τύραννος, ἀλλ' ὁ τοὺς συκοφαντοῦντας. Atqui non hic quaestio est de servandis calumniatoribus, sed de eripiendis exitio, quos calumniatores oppresserunt. Praeterea, quae statim adiiciuntur, non cohaerent, nec conveniunt cum συκοφαντοῦντας, sed cum μηδὲν ἀδικοῦντας. Sequitur enim, μήτε βουλῆς, μήτε δήμου κατεγνωκότος. Deest omnino vox ἀπολλύων, hoc modo: ἐστὶ δὲ οὐχ ὁ σάζων τοὺς συκοφαντηθέντας τύραννος, ἀλλ' ὁ τοὺς μὴ ἀδικοῦντας ἀπολλύων, μήτε βουλῆς, μήτε δήμου κατεγνωκότος. *Ille vero tyrannus est, non qui servat a calumnia oppressos, sed qui perdit, quos nihil mali constat admisisse, praesertim nec populi nec senatus sententia condemnatos.* Salm. Interpres in suis libris pro συκοφαντηθέντας habuisse videtur συκοφαντοῦντας. Quod si amplectaris, sententia loci, ironice accepta, satis plana erit. Retenta tamen vulgari lectione, locus sic videtur expediendus: *Hunc nimirum tyranni nomine notare videtur, qui servat a calumnia oppressos, at non eos, qui nihil admiserint?* Vel sic tamen leg. ἀλλ' οὐ τοὺς μ. ἀ.

λαβών· ὁ νόμος αὐτὸν, ὁ καὶ σοῦ καὶ πάντων κύριος, δησάτω. οὐδενὸς γὰρ οὐδείς ἐστιν ἄνευ κρίσεως δυνατότερος. κλεῖσον οὖν τὰ δικαστήρια, κάθελε τὰ βουλευτήρια, ἔκβαλε τοὺς στρατηγούς. πάντα γὰρ ὅσα σὺ πρὸς τὸν πρόεδρον εἴρηκας, ἔοικε δικαιότερον ἐρεῖν κατὰ σοῦ ἀληθῶς. ἐπανάστηθι Θερσάνδρῳ, πρόεδρε. μέχρι μόνον ὀμμάτων πρόεδρος εἶ. οὗτος τὰ σὰ ποιεῖ. μᾶλλον δὲ ὅσα οὐδὲ σύ. σὺ μὲν γὰρ συμβούλους ἔχεις, καὶ οὐδὲν ἄνευ τούτων ἔξεστί σοι· ἀλλ' οὔτε τι τῆς ἐξουσίας δράσειας πλὴν ἐλθεῖν ἐπὶ τοῦτον τὸν θρόνον· οὐδὲ ἐπὶ τῆς σῆς οἰκίας δεσμὸν ἀνθρώπου ποτὲ κατέγνως. ὁ δὲ γενναῖος οὗτος πάντα ἑαυτοῦ γίνεται, δῆμος, βουλὴ, πρόεδρος, στρατηγός. οἴκοι κολάζει καὶ δικάζει, καὶ δεθῆναι κελεύει, καὶ ὁ τῆς δίκης καιρὸς ἑσπέρα ἐστίν. καλός γε καὶ ὁ νυκτερινὸς δικαστής. καὶ νῦν

vincere? nonne legis, quae in te alioſque omnes imperium habet, munus eſt, vinciri iubere? Neque enim cuiquam in alium ſine iudicio ius eſt. Quod ſi tu hoc tibi arrogas, cur non igitur forum claudis, curiam demoliris, magiſtratus eiicis? Nam quae tu mihi ante praeſidem obiecisti, iuſtius in te veriuſque dici poſſunt. Aſſurge Theraſandro, Praeſes: apparenter tantum dignitatem hanc obtines; re autem vera hic, quae te facere decet, immo etiam, quae tu nullo modo facere auderes, omnia unus facit. Tu conſiliarios habes, ſine quibus nihil tibi decernere licet. Sed neque quidquam eſt, quod tu pro tua auctoritate ſtatuere prius audeas, quam hoc in ſolio conſidas: nec enim quempiam domi tuae in vincula coniici iuberes. At generoſus homo iſte, populus, concio, praeſes, praefectus, omnia denique unus factus eſt. Domi punit, ius dicit, vinciri iubet: ac iudicii quidem tempus veſpera eſt. O iudicem nocturnum, egregium ſane, & lepi-

πολλάκις βοᾷ, κατάδικον ἔλυσας θανάτῳ παραδοθέντα. ποίῳ θανάτῳ; ποῖον κατάδικον; εἰπέ μοι τοῦ θανάτου τὴν αἰτίαν. ἐπὶ φόνῳ κατέγνωσθαί φησιν. πεφόνευκεν οὖν; εἰπέ μοι τίς ἐστιν; ἣν ἀπέκτεινεν καὶ ἔλεγες ἀνηρῆσθαι, ζῶσαν βλέπεις, καὶ οὐκ ἂν ἔτι τολμήσεις τὸν αὐτὸν αἰτεῖσθαι φόνον; οὐ γὰρ δὴ τοῦτο τῆς κόρης ἐστὶν εἴδωλον, οὐδ' ἂν ἔπεμψεν ὁ ἀϊδωνεὺς κατά σου τὴν ἀνηρημένην. δυσὶ μὲν φόνοις ἔνοχος εἶ. τὴν μὲν γὰρ ἀπέκτεινας τῷ λόγῳ· τὸν δὲ τοῖς ἔργοις ἠθέλησας, μᾶλλον δὲ καὶ ταύτην ἔμελλες. τὸ γὰρ δράμα σου καὶ ἐπὶ τῶν ἀγρῶν ἠκούσαμεν. ἡ δὲ Ἄρτεμις ἡ μεγάλη θεὸς ἀμφοτέρους ἔσωσεν· τὴν μὲν ἐκ τῶν Σωσθένους χειρῶν ἐξαρπάσασα· τὸν δὲ, τῶν σῶν. καὶ τὸν μὲν Σωσθένην ἐξήρπασας, ἵνα μὴ κατάφωρος γένηται. οὐκ αἰσχύνῃ δὲ, ὅτι κατηγορῶν τοὺς

dum! qui nunc quoque identidem exclamat: Reum, necique ſervatum ſolviſti. At quem reum, quam necem? Rogo te, damnationis cauſam eloquere. Caedis, inquies, condemnatus eſt. Interfecit igitur? At quaenam ea eſt, quam interfecit? Poteſne oſtendere? Minime hercule: quam enim necatam aſſeris, coram adſtantem vides: neque te tamen adhuc caedis hominem accuſare pudet. Haud enim id puellae ſimulacrum eſt: neque adverſum te mortuam Pluto ad nos miſit. Tu potius caedis, ac duplicis quidem, damnandus es: qui puellam praedicatione occidiſti, adoleſcentem vero re occidere tentaſti. Quin immo eam ipſam quoque re necaturus fuiſti. Eorum enim, quae ruri conatus es, conſcii facti ſumus. Verum magnum Dianae numen utrique auxilio fuit, alteram e Soſthenis, alterum e tuis manibus eripiendo. Atqui Soſthenem etiam tute procul amandaſti. An non te pudet, qui, hoſce pere-

ξένους, ἄμφω συκοφαντῶν ἐλήλεγξαι; Τὰ μὲν ἐμὰ ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω πρὸς τὰς τούτου βλασφημίας· τὸν δὲ ὑπὲρ τῶν ξένων λόγον αὐτοῖς τούτοις παραδίδωμι.

ί. Μέλλοντος δὲ ὑπὲρ ἐμοῦ καὶ τῆς Μελίττης ἀνδρὸς εὐκ ἀδόξου μὲν ῥήτορος, ὄντος δὲ βουλῆς, λέγειν, Φθάσας ῥήτωρ ἕτερος, ὄνομα Σώπατρος, Θερσάνδρου συνήγορος· Ἀλλ' ἐμὸς, εἶπεν, ἐντεῦθεν ὁ λόγος κατὰ τούτων τῶν μοιχῶν, ὦ βέλτιστε Νικόστρατε· τοῦτο γὰρ ἦν ὄνομα τῷ ἐμῷ ῥήτορι· εἶτα σός· ὁ γὰρ Θέρσανδρος ἃ εἶπεν, πρὸς τὸν ἱερέα μόνον ἀπετείνατο, ὀλίγον ἀψάμενος ὅσον ἐπιψαῦσαι καὶ τοῦ κατὰ τὸν δεσμώτην μέρους. ὅταν οὖν ἀποδείξω δυσὶ θανάτοις ἔνοχον ὄντα, τότε ἂν εἴη καί σοι καιρὸς ἀπολύσασθαι τὰς αἰτίας. Ταῦτα εἰπὼν, καὶ τερατευσάμενος, καὶ τρίψας τὸ πρόσωπον· Τῆς μὲν τοῦ ἱερέως, ἔφη, κωμῳδίας

grinos accusans, ambo simul criminis calumniandi redarguis? Haec habui, quibus obiecta mihi ab isto crimina diluerem. Nam quod ad peregrinos istos attinet, eorum ego defendendorum locum hisce relinquo.

X. Itaque cum nominis haud sane obscuri, simul & senatus patronus, pro me ac pro Melite verba facturus esset, alius quidam e Thersandri advocatis, cui Sopatro nomen erat, orationem eius antevertens: Atqui meus hic, inquit, optime Nicostrate, (sic enim patronus meus vocabatur,) contra istos adulteros dicendi locus est: alter vero tuus. Thersandri enim oratio in accusando sacerdote omnis versata est, nec nisi parvam admodum partem attigit eorum, quae ad reum istum pertinent. Quamobrem cum una, itemque altera morte dignum eum probavero, tum erit tibi quoque diluendorum criminum tempus. Quae cum dixisset, perfricta atque ad mentiendum parata fronte: Sacerdotis equidem, inquit, fabulam omnem petulan-

ἠκούσαμεν, πάντα ἀσελγῶς, καὶ ἀναισχύντως ὑποκριναμένου τὰ εἰς τὸν Θέρσανδρον προσκρούσματα. καὶ τοῦ λόγου τὸ προοίμιον πέμψει εἰς Θέρσανδρον ἐφ' οἷς αὐτὸν εἶπεν. ἀλλὰ Θέρσανδρος μὲν οὐδὲν ὧν εἶπεν εἰς τοῦτον ἐψεύσατο. καὶ γὰρ δεσμώτην ἔλυσε, καὶ πόρνην ὑπεδέξατο, καὶ συνέγνω μοιχῷ. ὰ δὲ αὐτὸς μᾶλλον ἀναιδῶς ἐσυκοφάντησεν, διασύρων τὸν Θερσάνδρου βίον, οὐδὲ μιᾶς ἀπήλλακται συκοφαντίας. Ἱερεῖ δὲ ἔπρεπεν, εἴπερ ἄλλο, καὶ τοῦτο, καθαρὰν ἔχειν τὴν γλῶτταν ὕβρεως. χρήσομαι γὰρ τὰ αὐτοῦ πρὸς αὐτόν. ὰ δὲ μετὰ τὴν κωμῳδίαν ἐτραγῴδησεν ἤδη, οὕτω Φανερῶς καὶ οὐκέτι δι' αἰνιγμάτων, σχετλιάζων εἰ μοιχόν τινα λαβόντες ἐδήσαμεν, ὑπερτεθαύμακα. καὶ τί τοσοῦτον ἴσχυσεν πρίασθαι πρὸς τὴν τοσαύτην σπουδήν; ὑπονοεῖν γὰρ τἀληθές ἐστιν. εἶδεν γὰρ τῶν ἀκολάστων τούτων τὰ πρόσωπα, τοῦ τε μοιχοῦ καὶ τῆς

tem ſane ac turpem audivimus: qua non niſi falſa in Therſandrum crimina commentus eſt, ſumto potiſſimum ab iis ſermonis in illum exordio, quae de eo Therſander dixerat. Verum Therſander iis, quae in ipſum dixit, falſi nihil admiſcuit: nam & reum a vinculis exemit, & ſcortum hoſpitio accepit, & cum adultero diverſatus eſt. Is autem dum Therſandrum in invidiam trahere ſtudet, vitam eius culpando, omnia per ſummam calumniam egit. Sacerdotem autem, ſi quid aliud, illud certe inprimis decet, linguam a calumniis habere quam alieniſſimam: ut eius in eum dicta retorqueam. Ceterum, quae poſt actam fabulam adeo aperte, & omiſſis omnibus orationis involucris, declamavit, conquerens, manifeſto deprehenſum adulterum a nobis in vincula coniectum fuiſſe, non potui non vehementer admirari. Et quidnam tanti eſt pretii, quod acceperit, & pro quo operam ſuam locaverit? Sed, licet iam divinare verum. Nempe adulteri huius & ſcorti fa-

ἑταίρας. ὡραῖα μὲν γὰρ αὐτὴ καὶ νέα, ὡραῖον δὲ καὶ τοῦτο τὸ μειράκιον, καὶ οὐδέπω τὴν ὄψιν ἀργαλέον, ἀλλ' ἔτι χρήσιμον καὶ πρὸς τὰς τοῦ ἱερέως ἡδονάς. ὁποτέρα σε τούτων ἐωνήσατο; κοινῇ γὰρ πάντες ἐκαθεύδετε, καὶ ἐμεθύετε κοινῇ, καὶ τῆς νυκτὸς ὑμῶν οὐδεὶς γέγονε θεατής. φοβοῦμαι μὴ τὸ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερὸν Ἀφροδίτης πεποιήκατε. καὶ περὶ ἱερωσύνης κρινοῦμεν. οὐ δεῖ σε τὴν τιμὴν ταύτην ἔχειν. Τὸν δὲ Θερσάνδρου βίον ἴσασι πάντες καὶ ἐκ πρώτης ἡλικίας μετὰ σωφροσύνης κόσμιον. καὶ ὡς εἰς ἄνδρας ἐλθὼν, ἔγημέ τε κατὰ τοὺς νόμους, σφαλεὶς μὲν τὴν περὶ τῆς γυναικὸς κρίσιν. οὐ γὰρ εὗρεν ἣν ἤλπισεν, τῷδε ταύτης γένει, καὶ τῇ οὐσίᾳ πεπιστευκώς. εἰκὸς γὰρ, αὐτὴν καὶ πρὸς ἄλλους τινὰς ἡμαρτηκέναι τὸν πρόσθεν χρόνον· λανθάνει δὲ ἐπ' ἐκείνοις χρηστὸν ἄνθρωπον. τὸ

ciem contemplatus est: quorum altera formosa plane ac tenerioris aetatulae, alter non modo non deformis, sed adspectu etiam blandus, ad suas ipsius voluptates idoneus iudicatus est. Horum igitur uter te magis delectat? Simul enim omnes perpotastis, simul discubuistis: neque ullus est noctium vestrarum spectator. Quam vereor, ne, Dianae quod fuit, Veneris ut sit templum, effeceritis. Verum de sacerdotio, an scilicet honorem istum habere te oporteat, post decernetur. Nam quod ad Therssandri mores attinet, nemo est, qui nesciat, quam modeste ac temperanter a teneris usque unguiculis vitam egerit: qui, cum primum per aetatem licuit, uxorem secundum leges duxit: quamvis in faciendo de ea iudicio se ipse fefellerit. Aliam enim, atque putarat, generi & fortunis credens, invenit. Verisimile quippe est, illam antea quoque cum aliis consuevisse: quos optimum virum celaverit. Tandem

δὲ τελευταῖον τοῦ δράματος, πᾶσαν ἀπεκάλυψε τὴν αἰδώ. πεπλήρωται δὲ ἀναισχυντίας. τοῦ γὰρ ἀνδρὸς στειλαμένου τινὰ μακρὰν ἀποδημίαν, καιρὸν τοῦτον νενόμικέν εὔκαιρον μοιχείας, [καὶ αὔχημα,] καὶ νεανίσκον εὑροῦσα πόρνον. τοῦτο γὰρ τὸ μεῖζον ἀτύχημα, ὅτι τοιοῦτον εὗρε τὸν ἐρώμενον, ὃς πρὸς μὲν γυναῖκας ἄνδρας ἀπομιμεῖται, γυνὴ δὲ γίνεται πρὸς ἄνδρας. οὕτως μετὰ ἀδείας οὐκ ἤρκεσεν ἐπὶ τῆς ξένης αὐτῷ συνοῦσα Φανερῶς, ἀλλὰ καὶ ἐνταῦθα ἤγαγεν διὰ τοσούτου πελάγους συγκαθεύδουσα, κἂν τῷ σκάφει Φανερῶς ἀσελγαίνουσα πάντων ὁρώντων. ὦ μοιχείας γῆ καὶ θαλάττη μεμερισμένης· ὦ μοιχείας ἀπὸ Αἰγύπτου μέχρις Ἰωνίας ἐκτεταμένης. Μοιχεύεταί τις, ἀλλὰ πρὸς μίαν ἡμέραν· ἂν δὲ καὶ δεύτερον γένηται τὸ ἀδίκημα, κλέπτει τὸ ἔργον, καὶ πάντας ἀποκρύπτεται. αὐτὴ δὲ οὐχ ὑπὸ σάλπιγγι μόνον, ἀλλὰ καὶ κήρυκι μοιχεύε-

vero pudicitiam in propatulo habuit, atque in omni libidine ſeſe effudit. Viro enim peregre profecto, tempus illud ad cupiditates ſuas explendas opportunum rata, impudicum iſtum adoleſcentem ad eam rem miſera cepit. Quae enim miſeria maior eſſe poteſt, quam eum habere amatorem, qui inter feminas viri, inter viros feminae munus obeat? Quem non ſat habuit in aliena civitate in ſtuprum illexiſſe, niſi tanto maris ſpatio peragrato huc perduxiſſet, una cum illo interim ſemper cubans, atque in navi cernentibus cunctis voluptatem capiens. O libidinem terrae marique communem! O adulterium Aegyptum Ioniamque occupans! Adulterium quidem ſunt qui committant, ſed ſemel tantum: quod ſi eandem in turpitudinem rurſus delabantur, certe factum huiuſmodi mortales omnes celant: mulier autem iſta non modo tuba, verum etiam praecone adhibito, obſcoene ſe oblectavit. Adulte-

ται. Ἔφεσος ὅλη τὸν μοιχὸν ἔγνωκε· ἡ δὲ οὐκ ἠσχύνετο τοῦτον ἀπὸ τῆς ξένης ἐνεγκοῦσα τὸ ἀγώγιμον, ὡς Φορτίον [1]. κάλλος ἐξωνημένη ἦλθε μοιχὸν ἐμπεπορευμένη. Ἀλλ' ὤμην, φησὶν, τὸν ἄνδρα τετελευτηκέναι. οὐκοῦν, εἰ μὲν τέθνηκεν, ἀπήλλαξαι τῆς αἰτίας. οὐδὲ γάρ ἐστιν ὁ τὴν μοιχείαν παθὼν, οὐδὲ ὑβρίζεται γάμος οὐκ ἔχων ἄνδρα· εἰ δὲ ὁ γάμος, τὸ τὸν γήμαντα ζῆν οὐκ ἀνῄρηται τὴν γαμηθεῖσαν διαφθείραντος [2], ἀλλὰ λελῄστευται. ὥσπερ γὰρ μὴ μένοντος ὁ μοιχὸς οὐκ ἦν, μένοντος δὲ μοιχός ἐστιν.

rum Ephesii omnes cognoverunt, nec tamen eam vel tantulum quidem puduit unquam. Haec ornamenta, formosum scilicet adulterum istum, ne sine corollario a peregrina terra domum reverteretur, egregia sibi mulier comparavit, ac tanquam pretiosas aliquas merces secum advexit. Atqui virum, inquiet illa, periisse putabam. Nonne igitur, si ille obiit, culpa cessat? Neque enim est, quid adulterium patiatur; nec, viro e vivis sublato, adulterii nomen locum habet, cum labefactari matrimonium nequeat, nisi superstite marito pudicitiam uxor inhoneste habeat: quae alioqui, viro defuncto, adulterii argui non potest, sicut vivo potest.

1 Ἐνεγκοῦσα τὸ ἀγώγιμον, ὡς φορτίον) Forsitan mutanda interpunctio, ac legendum hoc modo: ἡ δὲ οὐκ ἠσχύνετο τοῦτο ἀπὸ τῆς ξένης ἐνεγκοῦσα τὸ ἀγώγιμον, ὡς φορτίον, κάλλος ἐξωνημένη, ἦλθε μοιχὸν ἐμπεπορευμένη. *Non erubuit hoc mercimonium peregre secum adduxisse; mercium loco pulchritudine emta. Venit adulterum mercata.* Nihil verius. Legendum, τοῦτο τὸ ἀγώγιμον. *Hoc mercimonium.* Perperam legebatur in editione: ἐνεγκοῦσα τὸ ἀγώγιον ὡς φορτίον, ἀλλ' ὅσον ἡ μὲν, οἶμαι, μοιχὸν ἐμπεπορευμένη. In Anglicano: τὸ ἀγώγιον ὡς φορτίον, ἀλλ' ὅσον ἡ μὲν ἦλθε.

2 Οὐκ ἀνῄρηται τὴν γαμηθεῖσαν διαφθείραντος) Volueramus excudi, διὰ φθείραντος. Alioquin nullus sensus ex edito, nec Graeca etiam constat oratio. Interpres quidvis potius dixit, quam quod in Graecis est. Si vir, inquit hic patronus, Melittes mortuus est, crimine cares. Nec enim est, qui adulterium patiatur, neque torus iniuria afficitur, qui virum non habet. Si vero matrimonium est, cum vir vivit, non amittit uxorem per eum, qui eam stupravit, sed patrocinio ipsi eripitur.

ια΄. Ἔτι τοῦ Σωπάτρου λέγοντος, ὑποτεμὼν αὐτοῦ τὸν λόγον ὁ Θέρσανδρος· Ἀλλ' οὐκ ἔφθη, λέγων [1]. δύο γὰρ προκαλοῦμαι προκλήσεις, Μελίττην τε ταύτην, καὶ τὴν δοκοῦσαν εἶναι τοῦ θεοπρόπου θυγατέρα· οὐκ ἔτι βασανίσων, ὡς μικρῷ πρόσθεν ἔλεγον, τῷ δὲ ὄντι δούλην ἐμήν. καὶ ἀνεγίνωσκεν· Προκαλεῖται Θέρσανδρος Μελίττην καὶ Λευκίππην. τοῦτο γὰρ ἤκουσα τὴν πόρνην καλεῖσθαι. Μελίττην μὲν, εἰ μὴ κεκοινώνηκεν εἰς Ἀφροδίτην τῷδε τῷ ξένῳ, παρ' ὃν ἀπεδήμουν χρόνον, εἰς τὸ τῆς ἱερᾶς Στυγὸς ὕδωρ εἰσβᾶσαν, καὶ ἐπομοσαμένην ἀπηλλάχθαι τῶν ἐγκλημάτων. τὴν δὲ ἑτέραν, εἰ μὲν τυγχάνει γυνὴ, δουλεύειν τῷ δεσπότῃ· δούλαις γὰρ μόναις γυναιξὶν ἔξεστιν εἰς τὸν τῆς Ἀρτέμιδος ναὸν παριέναι. εἰ δέ φησιν εἶναι παρθένος, ἐν τῷ τῆς σύριγγος ἄντρῳ κλεισθῆναι. Ἡ-

XI. Tum vero Therſander, Sopatri ſermone interrupto: Atqui, quod antea propoſueram, quaeſtionibus, inquit, amplius opus non eſt. Ego, quod ad Meliten attinet, atque eam, quae peregrini huiuſce ſacrorum auctoris filia perhibetur, vere autem ſerva mea eſt, has conditiones fero. *Recita conditiones.* Therſander de Melite ac Leucippe, ſic enim proſtitutam hanc vocari aiunt, conditiones haſce proponit, ut illa, quandoquidem nullam ſibi, me abſente, cum peregrino iſto ſtupri conſuetudinem fuiſſe ait, id iureiurando affirmet, atque in ſacrae Stygis fontem deſcendat: indeque, ſi peieraſſe non comperiatur, abſoluta dimittatur: altera vero haec, ſi mulier facta eſt, hero ſuo ſervitutem ſerviat: neque enim mulieribus, niſi ſi quae ſervae ſint, Dianae templum ingredi fas eſt: ſin virginem ſeſe affirmat, in fiſtulae antrum concludatur. Tum

1 Ἀλλ' οὐκ ἔφθη, λέγων) Senſu deſtituta haec. Lege: ἀλλ' οὐκ ἔτι, ἔφη, δεῖ λόγων, praeeunte interpretatione Latina.

μεῖς μὲν οὖν εὐθὺς ἐδεξάμεθα τὴν πρόκλησιν, καὶ γὰρ ἤδειμεν αὐτὴν ἐσομένην [1]. ἡ δὲ Μελίττη θαρρήσασα τῷ παρ' ὀν ἀπεδήμει χρόνον ὁ Θέρσανδρος, μηδὲν κοινὸν πρὸς αὐτὴν γεγονέναι πλὴν λόγων· Ἀλλὰ καὶ ἔγωγε, ἔφη, ταύτην δέχομαι τὴν πρόκλησιν, καὶ ἔτι πλέον αὐτὴν προστίθημι· τὸ δὲ μέγιστον οὐδὲ εἶδον τὸ παράπαν, μήτε ξένον, μήτε πολίτην ἥκειν εἰς ὁμιλίαν, καὶ ὧν λέγεις. καὶ ὧν σε δεῖ παθεῖν, ἂν συκοφάντης ἁλῷς; Ὅ, τι ἄν, ἔφη, δόξῃ προτιμῆται τοῖς δικασταῖς. Ἐπὶ τούτοις διελύθη τὸ δικαστήριον, καὶ εἰς τὴν ὑστεραίαν διώριστο τὰ τῆς προκλήσεως ἡμῖν γενέσθαι.

ιβ'. Τὸ δὲ τῆς Στυγὸς ὕδωρ εἶχεν οὕτως. Παρθένος ἦν εὐειδής, ὄνομα Ῥοδῶπις, κυνηγίων ἐρῶσα καὶ θήρας· πόδες ταχεῖς, εὔστοχοι χεῖρες, ζώνη καὶ μί-

nos conditionem ſtatim accepimus: non enim ignorabamus, quod Leucippe virgo adhuc eſſet. Melite quoque, confiſa, nihil id temporis, quo Therſander abfuit, ſibi mecum, exceptis collocutionibus, commune fuiſſe: Atqui ego quoque, inquit, conditionem non reſpuo: illudque etiam, quod maximum eſt, addo, neminem prorſus aut civem, aut peregrinum fuiſſe, quicum eiuſmodi mihi conſuetudo fuerit, cuiuſmodi ipſe ais. Verum ſi meum falſo detuliſſe nomen deprehendaris, quas de te poenas ſumemus? Quas iudices, inquit Therſander, cenſuerint. Iis peractis concio dimiſſa, decretumque factum eſt, ut poſtridie de conditionibus experiremur.

XII. Porro autem de Stygis fonte res ita ferme ſe habet. Virgo fuit olim formoſa, Rhodopis nomine, venatu gaudens, pedum velocitate, iaculandique peritia inſignis

1 Καὶ γὰρ ἤδειμεν αὐτὴν ἐσομένην) Interpres: *Non enim dubitabamus, quin Leucippe virgo adhuc eſſet.* Non haec auctoris mens. De προκλήσει ſermo eſt. Quae cum facta eſſet ab adverſariis Clitophontis & Leucippes, ſtatim accepta eſt ab ipſis reis, quia praeceperant animo ac ſpe, eam futuram.

τρα, καὶ ἀναζωσμένος εἰς γόνυ χιτὼν, καὶ κατὰ ἄνδρας κουρὰ τριχῶν. ὁρᾷ ταύτην Ἄρτεμις, καὶ ἐπήνει, καὶ ἐκάλει, καὶ σύνθηρον ἐποιήσατο, καὶ τὰ πλεῖστα κοινὰ ἦν αὐταῖς θηράματα. ἀλλὰ καὶ ὤμοσεν ἀεὶ παραμένειν, καὶ τὴν πρὸς ἄνδρας ὁμιλίαν φυγεῖν, καὶ τὴν ἐξ Ἀφροδίτης ὕβριν μὴ παθεῖν. ὤμοσεν ἡ Ῥοδῶπις, καὶ ἤκουσεν ἡ Ἀφροδίτη, καὶ ὠργίζετο, καὶ ἀμύνασθαι θέλει τὴν κόρην τῆς ὑπεροψίας. Νεανίσκος ἦν Ἐφέσιος καλὸς ἐν μειρακίοις, ὅσον Ῥοδῶπις ἐν παρθένοις. Εὐθύνικον αὐτὸν ἐκάλουν. ἐθήρα δὲ καὶ αὐτὸς, ὡς Ῥοδῶπις, καὶ τὴν Ἀφροδίτην ὁμοίως οὐκ ἤθελεν εἰδέναι. ἐπ' ἀμφοτέρους οὖν ἡ θεὰ ἔρχεται, καὶ τὰς θήρας αὐτῶν εἰς ἓν συνάγει. τέως γὰρ ἦσαν κεχωρισμένοι. ἡ δὲ Ἄρτεμις τηνικαῦτα οὐ παρῆν. ἡ παραστησαμένη δὲ τὸν υἱὸν τὸν τοξότην ἡ Ἀφροδίτη, εἶπεν· Τέκνον, ζεῦγος τοῦτο ὁρᾷς ἀναφρόδιτον, καὶ ἐχθρὸν ἡμῶν, καὶ

admodum; & cingulum, & mitram, veſte genu tenus ſuccincta, capilloque detonſo, geſtare conſueta. Eam cum vidiſſet, probaſſetque Diana, vocatam venatum ſecum duxit: praedaque ut plurimum inter eas communis erat. Quamobrem illa virginitatem ſervare, virorumque conſuetudinem uſquequaque vitare, ac Veneris contumelias nunquam perpeti iuravit. Quod ſimulatque Venus perſenſit, ira commota, puellae ſtatuit ſuperbiam ulciſci. Forte accidit, ut adoleſcens eſſet Epheſius, inter viros aeque formoſus, atque inter virgines Rhodopis: quem Euthynicum appellabant. Is & venandi ſtudio, quemadmodum Rhodopis, tenebatur, & a Veneris pariter illecebris abhorrebat. Igitur cum venatum ambo exiſſent, eo ſe clam Venus contulit, feraſque ab eis agitatas, alium atque alium curſum tenentes, in unum compulit. Mox Diana abſente filium conveniens mater: Nonne hos, inquit, fili, arca-

τῶν ἡμετέρων μυστηρίων. ἡ δὲ παρθένος καὶ θρασύτερον ὤμοσεν κατ' ἐμοῦ. ὁρᾷς δὲ αὐτοὺς ἐπὶ τὴν ἔλαφον συντρέχοντας; ἄρξαι καὶ σὺ τῆς θήρας, ἀπὸ πρώτης τῆς τολμηρᾶς κόρης· καὶ πάντως τὸ σὸν βέλος εὐστοχώτερον ἔσται. Ἐντείνουσιν ἀμφότεροι τὰ τόξα, ἡ μὲν ἐπὶ τὴν ἔλαφον, ὁ δὲ Ἔρως ἐπὶ τὴν παρθένον. καὶ ἀμφότεροι τυγχάνουσιν, καὶ ἡ κυνηγέτις μετὰ τὴν θήραν ἣν τεθηραμένη. καὶ εἶχεν ἡ μὲν ἔλαφος εἰς τὰ νῶτα τὸ βέλος, ἡ δὲ παρθένος εἰς τὴν καρδίαν, τὸ δὲ βέλος, Εὐθύνικον φιλεῖν. δεύτερον δὲ καὶ ἐπὶ τοῦτον οἰστὸν ἀφίησιν. καὶ εἶδον ἀλλήλους Εὐθύνικος καὶ ἡ Ῥοδῶπις. καὶ ἔστησαν μὲν τὸ πρῶτον τοὺς ὀφθαλμοὺς ἑκάτεροι, μηδέτερος ἐκκλίναι θέλων ἐπὶ θάτερα. κατὰ μικρὸν δὲ τὰ τραύματα ἀμφοῖν ἐξάπτεται, καὶ αὐτὸς ὁ Ἔρως αὐτοὺς ἐλαύνει κατὰ τουτὶ τὸ ἄντρον, οὗ νῦν ἐστιν ἡ

norum noſtrorum expertes, nobiſque inimicos vides? Quid, quod puella etiam conceptis verbis audaciſſimum ſane contra me iusiurandum iuravit? Tu nunc illos cervam ſequentes cernis: quapropter venari tu quoque incipe, atque ab audaci puella vindictae initium fac. Telum tuum certius omnino fuerit. Ita tunc ambo, in cervam virgo, in virginem Cupido, arcus intenderunt. Nec vani fuere ictus: nam venatrix etiam ipſa praeda fuit. Ac cerva quidem in armo, puella vero in corde vulnus accepit. Cuius ea vis fuit, ut Euthynici amore ſtatim flagraret. Qui non ita multo poſt pari & ipſe vulnere percuſſus eſt. Ac tum quidem mutuo ſeſe contueri, atque alter in alterum obtutus defigere coeperunt, atque adeo, ut neuter in diverſum aciem vellet inclinare. Ceterum utriuſque vulnera paulo poſt inflammari coeperunt, amorque illos in antrum, ubi nunc fons eſt, deduxit, ubi iu-

πηγὴ, καὶ ἐνταῦθα τὸν ὅρκον ψεύδονται. ἡ Ἄρτεμις ὁρᾷ τὴν Ἀφροδίτην γελῶσαν, καὶ τὸ πραχθὲν συνίησιν, καὶ εἰς ὕδωρ λύει τὴν κόρην, ἔνθα τὴν παρθενίαν ἔλυσε. καὶ διὰ τοῦτο, ὅταν τις αἰτίαν ἔχῃ Ἀφροδισίων, εἰς τὴν πηγὴν εἰσβᾶσα ἀπολούεται. ἡ δέ ἐστιν ὀλίγη, καὶ μέχρι κνήμης μέσης. ἡ δὲ κρίσις· ἐγγράψας τὸν ὅρκον γραμματείῳ μηρίνθῳ δεδεμένον περιεθήκατο τῇ δέρῃ. κἂν μὲν ἀψευδῇ τὸν ὅρκον, μένει κατὰ χώραν ἡ πηγή· ἂν δὲ ψεύδηται, τὸ ὕδωρ ὀργίζεται, καὶ ἀναβαίνει μέχρι τῆς δέρρης, καὶ τὸ γραμματεῖον ἐκάλυψεν. Ταῦτα εἰπόντες, καὶ τοῦ καιροῦ προσελθόντος εἰς τὴν ἑσπέραν, ἀπήειμεν κοιμησόμενοι, χωρὶς ἕκαστος.

ιγ'. Ἐπὶ δὲ τῇ ὑστεραίᾳ ὁ δῆμος μὲν ἅπας παρῆν· ἡγεῖτο δὲ Θέρσανδρος Φαιδρῷ τῷ προσώπῳ, καὶ εἰς ἡμᾶς ἅμα βλέπων σὺν γέλωτι. ἐστολίσατο δὴ Λευκίππη ἱερᾷ στολῇ· ποδήρης χιτὼν, ὀθόνης χιτὼν, ζώνη

risiurandi fides abrogata est. Postea cum ridentem Diana Venerem conspicata rem cognovisset, puellam in fontem illic, ubi pudorem amiserat, commutavit. Hinc factum est, ut, cum violatae aliqua pudicitiae arguitur, eum in fontem descendere compellatur, cuius unda vix medias tibias attingit. Iudicium autem fieri hoc pacto consuevit. Quae delata est, falso se insimulari iurat: iusiurandumque in tabella descriptum collo suo alligatum sustinens, in fontem descendit. Ac si verum iusiurandum iuraverit, aqua omnino immota manet: sin minus, intumescit, atque ad collum usque se attollens, tabellam contegit. Haec dum loqueremur, tempusque ad vesperam inclinaret, seorsum dormiturus quisque discessit.

XIII. Postridie multitudo universa convenit: cui vultu hilari Therſander praeibat, nosque identidem intuebatur. At Leucippe sacram, atque ad pedes usque demissam, ac

κατὰ μέσον τὸν χιτῶνα, ταινία περὶ τὴν κεφαλὴν φοινικοβαφὴς, ἀσάνδαλος ὁ ποῦς. καὶ ἡ μὲν εἰσῆλθε πάνυ κοσμίως. ἐγὼ δὲ ὡς εἶδον, εἱστήκειν τρέμων, καὶ ταῦτα πρὸς ἐμαυτὸν ἔλεγον· Ὅτι μὲν παρθένος ἡ Λευκίππη, πεπίστευκα, ἀλλὰ τὸν Πάνα, ὦ φιλτάτη, φοβοῦμαι. θεός ἐστι φιλοπάρθενος, καὶ δέδοικα, μὴ δευτέρα καὶ σὺ σύριγξ γένῃ. ἀλλ' ἐκείνη μὲν ἔφυγεν διώκοντα αὐτὸν ἐν πεδίῳ, καὶ ἐδιώκετο ἐν πλάτει· σὲ δὲ καὶ εἴσω θυρῶν ἀπεκλείσαμεν ὡς ἐν πολιορκίᾳ, ἵνα, κἂν διώκῃ, μὴ δύνῃ φυγεῖν. ἀλλ', ὦ δέσποτα Πὰν, εὐγνωμονήσειας, καὶ μὴ παραβαίνῃς τὸν νόμον τοῦ τόπου. ἡμεῖς γὰρ αὐτὸν τετηρήκαμεν. ἐξίτω πάλιν ἡμῖν ἡ Λευκίππη παρθένος· ταύτας πρὸς τὴν Ἄρτεμιν συνθήκας ἔχεις· μὴ ψεύσῃ τὴν παρθένον.

ιδ'. Ταῦτα μοῦ πρὸς ἐμαυτὸν λαλοῦντος, μέλος ἐξηκούετο μουσικὸν, καὶ ἐλέγετο μηδὲ πώποτε λιγυ-

tenuiſſimis filis intextam, zonaque ſucciƈtam ſtolam induta, & purpureis vittis redimita, nudis pedibus perquam decenter ſpeluncam ingreſſa eſt. Quae dum ipſe ſpectarem, tremore correptus ſum; mecumque ſolus: Mihi quidem certe, inquam, dubium non eſt, quin virgo adhuc ſit Leucippe: ſed tamen, cum mente agito, quid ſit Deus iſte, timere cogor, ne videlicet fiſtula etiam tu illic fias. Illa quidem Panem per aperta loca inſequentem facile effugit: nos vero te, quaſi obſidem, haſce intra valvas incluſimus, ut ne, ſi ſequatur, fugiendi tibi ſit poteſtas. Verum tu, o here Pan, propitius nobis ſis, neque loci leges, quas nos quoque obſervavimus, tranſgrediaris: quin immo intaƈtam nobis Leucippen reddas: eiuſmodi enim cum Diana tibi foedera iſta ſunt: neque virginem fallas.

XIV. Haec dum mecum loquerer, ſuavior exaudiri ſonus coeptus eſt. Ac fuerunt, qui dicerent, ſuaviorem nun-

ρότεραν οὕτως ἀκουσθῆναι· καὶ εὐθὺς ἀνεῳγμένας εἶδομεν τὰς θύρας. ὡς δὲ ἐξέθορεν ἡ Λευκίππη, πᾶς μὲν ὁ δῆμος ἐξεβόησεν ὑφ' ἡδονῆς, καὶ τὸν Θέρσανδρον ἐλοιδόρουν· ἐγὼ δὲ ὅστις ἐγεγόνειν, οὐκ ἂν εἴποιμι λόγῳ. Μίαν μὲν ταύτην νίκην καλλίστην νενικηκότες, ἀπήειμεν· ἐπὶ δὲ τὴν δευτέραν κρίσιν ἐχωροῦμεν, τὴν Στύγα. καὶ ὁ δῆμος οὕτως μετεσκευάζετο καὶ πρὸς ταύτην τὴν θέαν, καὶ πάντα συνεπεραίνετο. κἀκεῖ ἡ Μελίττη τὸ γραμματεῖον περιέκειτο. ἡ πηγὴ δὲ ἕστηκεν ὀλίγη. ἀνέβη δὲ εἰς αὐτὴν, καὶ ἕστη Φαιδρῷ τῷ προσώπῳ. τὸ δὲ ὕδωρ οἷον ἦν, κατὰ χώραν ἔμενεν, μήτε τὸ βραχύτατον ἀναθορὸν τοῦ συνήθους μέτρου. ἐπεὶ δὲ καὶ χρόνος, ὃν ἐνδιατρίβειν τῇ πηγῇ διώριστο, παρεληλύθει, τὴν μὲν ὁ πρόεδρος δεξιωσάμενος, ἐκ τοῦ ὕδατος ἐξάγει, δύο παλαίσματα τοῦ Θερσάνδρου νενικημένου. μέλλων δὲ καὶ τὸ τρίτον ἡττᾶσθαι, ὑπεκδὺς εἰς τὴν οἰ-

quam auditum fuiſſe. Antri quoque valvae ſponte ſua ſtatim patuerunt. Ita Leucippe prodiit: multitudoque univerſa prae voluptate acclamare, ac Therſandrum conviciis conſectari coepit. Ego vero, quantum laetitiae animo conceperim, nulla unquam oratione ſatis explicare poſſem. Hac una, & ea quidem praeclariſſima, victoria nobis parta, inde digreſſi ad Stygis fontem pervenimus, ut conditionis alterius periculum faceremus. Populus ad videndum iam ſe comparaverat, reliquaque omnia in promtu erant. Itaque tabellam collo Melite alligavit, intrepidoque vultu in fontem deſcendit. Unda, ut erat, humilis remanſit, nec tantulum quidem conſuetum exceſſit modum. Quamobrem, ubi tempus manendi in fonte praeteriit, praeſes mulierem dextra prehenſam ex aqua eduxit, duobus iam certaminibus devicto Therſandro. Qui cum tertio quoque ſe victum iri animadverteret, curſu do-

κίαν ἐκδιδράσκει, φοβηθεὶς μὴ καὶ καταλεύσειεν αὐτὸν ὁ δῆμος. τὸν γὰρ Σωσθένην εἷλκον ἄγοντες νεανίσκοι τέτταρες· δύο μὲν τῆς Μελίττης συγγενεῖς, δύο δὲ οἰκέται. τούτους γὰρ ἐπεπόμφει ζητήσοντας αὐτὸν ἡ Μελίττη. συνεὶς δὲ ὁ Θέρσανδρος πόρρωθεν, καὶ καταμηνύσειν τὸ πρᾶγμα εἰδὼς, ἂν ἐν βασάνοις γένηται, φθάσας ἀποδιδράσκει, καὶ νυκτὸς ἐπελθούσης, τῆς πόλεως ὑπεξέρχεται. τὸν δὲ Σωσθένην εἰς τὴν εἱρκτὴν ἐκέλευσαν οἱ ἄρχοντες ἐμβληθῆναι, τοῦ Θερσάνδρου φυγόντος. τότε μὲν οὖν ἀπηλαττόμεθα, κατὰ κράτος ἤδη γενόμενοι, καὶ ὑπὸ πάντων εὐφημούμενοι.

ιέ. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ τὸν Σωσθένην ἦγον ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας οἱ ταύτην ἔχοντες τὴν πίστην. ὁ δὲ ἐπὶ βασάνους ἑαυτὸν ἀγόμενον ἰδὼν, πάντα σαφῶς λέγει, ὅσα αὐτὸς ὑπηρέτησεν. οὐ παρέλιπε δὲ οὐδὲ ὅσα ἰδίᾳ πρὸ τῶν τῆς Λευκίππης θυρῶν διελέχθησαν πρὸς ἀλλήλους περὶ αὐτῆς. καὶ ὁ μὲν αὖθις εἰς τὴν εἱρκτὴν ἐβέ-

mum se recepit, veritus, ne a populo lapidibus obrueretur. Nam cum iam Sosthenem adducerent adolescentes duo Melites cognati, duo item famuli ad illum quaerendum ab ea missi, atque id Thersander procul agnovisset, factum indicatum iri videns, si de Sosthene quaestio haberetur, arrepta fuga urbe noctu excessit. Interea Sosthenem in custodiam dari Archontes iusserunt, Thersandro per fugam elapso. Nos modis omnibus excussi magna cum omnium commendatione absoluti fuimus.

XV. Postridie Sosthenes ab iis, qui ei rei praeerant, ad Archontes ductus, simulatque parata sibi esse tormenta intellexit, continuo & quae Thersander aggressus fuerat, & quae ipse illi suggessisset, una etiam cum iis omnibus, quae ante Leucippes ostium privatim de illa secum ambo disseruerant, palam confessus est: ideoque poenas datu-

βλητο, δώσων δίκην· τοῦ δὲ Θερσάνδρου φυγὴν ἀπόντος κατέγνωσαν· ἡμᾶς δὲ ὁ ἱερεὺς ὑπεδέχετο πάλιν τὸν εἰθισμένον τρόπον. καὶ μεταξὺ δειπνοῦντες ἐμυθολογοῦμεν ἅτε τὴν προτέραν ἐτύχομεν εἰπόντες, καὶ εἴ τι ἐπιδεέστερον ἦν ὧν ἐπάθομεν. ἡ Λευκίππη δὲ ἅτε δὴ μᾶλλον τὸν πατέρα μηκέτι αἰδουμένη, ὡς ἂν σαφῶς παρθένος εὑρεθεῖσα, τὰ συμβάντα μετὰ ἡδονῆς διηγεῖτο. ἐπεὶ δὲ κατὰ τὴν Φάρον ἐγεγόνει, καὶ τοὺς λῃστὰς, λέγω πρὸς αὐτήν· Οὐκ ἐρεῖς ἡμῖν τὸν μῦθον τῶν τῆς Φάρου λῃστῶν, καὶ τῆς ἀποτμηθείσης ἐκεῖ τὸ αἴνιγμα κεφαλῆς, ἵνα σου καὶ ὁ πατὴρ ἀκούσῃ; τοῦτο γὰρ μόνον ἐνδέει πρὸς ἀκρόασιν τοῦ παντὸς δράματος.

ιστ'. Γυναῖκα, ἔφη, κακοδαίμονα ἐξαπατήσαντες οἱ λῃσταὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ πωλουσῶν τὰ Ἀφροδίτης, ὡς δὴ ναυκλήρῳ τινὶ γυναῖκα ἐπισυνεσομένην ἐπὶ τοῦ σκάφους, ταύτην εἶχον ἐπὶ τῆς νεὼς, ἀγνοοῦσαν τὴν

rus in carcerem denuo coniectus. Therſander autem, iam enim abſens erat, exſilio mulctatus fuit. Nos ab antiſtite, ut antea quoque, accepti, quae priore in coena dicenda ſuperfuerant, & praeſertim, ſi quid aerumnarum noſtrarum praetermiſeramus, recenſere perreximus. Leucippe quoque patrem non amplius verita, utpote quae vere virgo inventa fuiſſet, caſus non ſine voluptate ſuos commemorabat. Cui ego, poſteaquam ad Pharum & piratas ventum eſt: Quin tu igitur, inquam, Phariorum praedonum commentum, abſciſſique illic capitis aenigma nobis explicas, ut id etiam patri tuo innoteſcat? hoc unum enim ad rem omnem intelligendam deſideratur.

XVI. Tum illa: Mulierem, inquit, miſeram ex iis, quae pretio proſtant, cum allexiſſent, nautarum uni eam in uxorem daturos ſe eſſe pollicentes, in navi poſuerunt;

ἀληθειαν ἐφ' ὃ παρῆν, ὑποπίνουσαν δὲ ἡσυχῇ σύν τινι τῶν πειρατῶν. λόγῳ δ' ἦν ἐραστὴς ὁ λῃστής. ἐπεὶ δὲ ἁρπάσαντές με, ὡς εἶδες, ἐνέθηκαν τῷ σκάφει, καὶ πτερώσαντες αὐτὸ ταῖς κώπαις ἔφυγον· ὁρῶντες τὴν διώκουσαν ναῦν φθάνουσαν, περιελόντες τόν τε κόσμον καὶ τὴν ἐσθῆτα τῆς ταλαιπώρου γυναικὸς ἐμοὶ περιτιθέασιν, τοὺς δὲ ἐμοὺς χιτωνίσκους ἐκείνῃ· καὶ στήσαντες αὐτὴν ἐπὶ τῆς πρύμνης ὄπισθεν διώκοντες ὄψεσθε, τὴν κεφαλὴν ἀποτέμνουσιν αὐτῆς, καὶ τὸ μὲν σῶμα ἔῤῥιψαν, ὡς εἶδες, κατὰ τῆς θαλάσσης, τὴν δὲ κεφαλήν, ὡς ἔπεσεν, εἶχον ἐπὶ τῆς νεὼς τότε. μικρὸν γὰρ ὕστερον καὶ ταύτην ἀποσκευάσαντες ἔῤῥιψαν ὁμοίως· ὥστε μηκέτι τοὺς διώκοντας εἶχον. οὐκ οἶδα δὲ πότερον τούτου χάριν προπαρασκευάσαντες τὴν γυναῖκα, ἢ διεγνωκότες ἀνδραποδίσαντες πωλῆσαι, ὥσπερ ὕστερον πεπράκασι καμέ. τῷ δὲ διώκεσθαι πρὸς ἁπάντην τῶν διωκόντων ἀντ' ἐμοῦ σφάττουσιν, νομίζοντες,

quamobrem quidem adeſſet, vere neſcientem, ſed piratarum uni, qui eius amator eſſe ferebatur, occulte adiunctam. Poſtea vero, cum me rapuiſſent, remiſque ac velis fugae incumbentes navem inſequentem viderent, detracto miſerae illi veſtitu omni, eo me adornaverunt, meoque deinceps ornatu indutam illam ſumma in puppi collocarunt ita, ut a perſequentibus cerni poſſet; ac capite privarunt: cadavereque, ut vidiſti, in mare proiecto, caput aliquantiſper intra navim, uti ceciderat, tum retinuerunt: quod non ita multo poſt, cum iam, qui ſe ſequerentur, nullos amplius haberent, pariter eſt deiectum. Mihi vero incertum eſt, eane de cauſa, an potius, ut, quod de me poſtea factum eſt, venundaretur, mulierculam illam comparaſſent. Illud certe conſtat, eam mei loco, ut inſequentes eluderent, iugulatam, exiſtimantibus illis, maius ex

πλέον ἐμπολήσειν ἐκ τῆς ἐμοῦ πράσεως ἢ τῆς ἐκείνης. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τὸν Χαιρέαν τὴν ἀξίαν δόντα δίκην ἐπεῖδον. αὐτὸς γὰρ ἦν ὁ συμβουλεύσας ἀντ' ἐμοῦ τὴν ἄνθρωπον ἀποκτείναντας ῥίψαι. ὁ δὲ λοιπὸς τῶν λῃστῶν ὄχλος οὐκ ἔφασάν με αὐτῷ ἀφήσειν μόνῳ. φθάνειν γὰρ ἤδη λαβόντα σῶμα ἕτερον ὃ πραθὲν ἂν παρέσχεν αὐτοῖς ἀφορμὴν κέρδους· δεῖν δὲ ἀντὶ τῆς θανούσης ἐμὲ πραθεῖσαν κοινὴν ἅπασιν αὐτοῖς γενέσθαι μᾶλλον ἢ ἐκείνῳ μόνῳ. ὡς δὲ ἀντέλεγε, δικαιολογούμενος δῆθεν, καὶ τὰς συνθήκας προσφέρων, ὡς οὐκ εἰς πρᾶσιν ἀρπάσειεν αὐτοῖς, ἀλλ' ἐρωμένην αὐτῷ, καί τι θρασύτερον εἶπε· τὶς τῶν λῃστῶν, καλῶς ποιῶν, ὄπισθεν ἐστὼς, ἀποκόπτει τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. ὁ μὲν οὖν δίκην οὐ μεμπτὴν δοὺς τῆς ἁρπαγῆς, ἔῤῥιπτο καὶ αὐτὸς κατὰ τῆς θαλάσσης· οἱ δὲ λῃσταὶ, δύο πλεύσαντες ἡμερῶν, ἄγουσί με οὐκ οἶδ' ὅπου γε, καὶ

mei, quam illius venditione, lucrum se facturos. Atque hinc etiam factum est, ut Chaeream, qui eius necandae abiiciendaeque suasor & auctor fuerat, meritas dantem poenas viderim. Nam cum reliqua piratarum multitudo ei me soli dimittere negaret, propterea quod paulo antea mulierem aliam, quae vendita magno eis lucro futura erat, habuisset, meque mortuae loco vendi, ac pecuniam in commune conferri oportere diceret; ille autem causam suam defendendo repugnaret, pactumque se cum iis esse affirmaret, ut non publicae omnium utilitatis, sed privatae sui ipsius gratia me raperent; aliis etiam gravioribus additis, confidenter admodum asseveraret: eorum unus, qui forte post eum constiterat, merito quidem caput illi abscidit, atque ita non iniustas rapinae ipse quoque poenas luens, in mare deiectus fuit. Piratae biduo post, nescio quo delati, mercatori cuidam, familiari

πιπράσκουσιν ἐμπόρῳ συνήθει, κἀκεῖνος Σωσθένει.

ιζ'. Λέγει δὴ καὶ ὁ Σώστρατος· Ἐπεὶ τοίνυν τοὺς ὑμετέρους μύθους, ὦ παιδία, κατελέξατε, φέρε ἀκούσατε, ἔφη, καὶ παρ' ἐμοῦ τὰ εἰκοι πραχθέντα περὶ Καλλιγόνην τὴν σὴν, ὦ Κλειτοφῶν, ἀδελφὴν, ἵνα μὴ ἀσυμβολήσω μυθολογίας παντάπασι. Κἀγὼ ἀκούσας τὸ τῆς ἀδελφῆς ὄνομα, πάνυ τὴν γνώμην ἐπεστράφην, καί· Ἄγε, πάτερ, εἶπον, λέγε, μόνον περὶ ζώσης ἂν λέγοις. Ἄρχεται δὴ λέγειν, ἃ φθάνω προειρηκὼς ἅπαντα, τὸν Καλλισθένην, τὸν χρησμὸν, τὴν θεωρίαν, τὸν λέμβον, τὴν ἁρπαγήν. εἶτα προσέθηκεν, ὅτι μαθὼν κατὰ τὸν πλοῦν ὡς οὐκ ἦν θυγάτηρ ἐμὴ, διημαρτήθη τὸ πᾶν ἔργον αὐτῷ. ἥρα δὲ ὅμως καὶ σφόδρα τῆς Καλλιγόνης. προσπεσὼν αὐτῆς τοῖς γόνασι· Δέσποινα, εἶπε, μή με νομίσῃς λῃστὴν εἶναί τινα καὶ κακοῦργον. ἀλλὰ γάρ εἰμι τῶν εὖ γεγονότων, γένει

suo, mercator Softheni accepta pecunia me conceſſit.

XVII. Tum Soſtratus: Poſteaquam veſtros, inquit, filii, caſus commemoraſtis, agitedum, quae de Calligone, Clitophontis ſorore, domi acta ſint, ex me quoque audite; ne ſolus ipſe narrandi omnino immunis abeam. Ego vero, ſororis nomine audito, attentior factus: Ut lubet, inquam, pater, ſiquidem de vivente dicturus es. Tum ille, quae antea ipſe narravi, omnia recenſuit, Calliſthenem ſcilicet, oraculum, ſacrificium, naviculam, raptum: illud etiam addens, Calliſthenem cum inter navigandum reſciviſſet, Calligonen filiam ſuam non eſſe, tametſi rem contra, quam putarat, eveniſſe cognoviſſet, nunquam tamen amare illam deſtitiſſe, ſed ad genua eius proſtratum, huiuſmodi fere locutum eſſe: Ne me, o hera, praedonem, flagitioſumve aliquem eſſe putes, qui nobili loco natus,

Βυζάντιος, δεύτερος οὐδενός. ἔρως δέ με λῃστείας ὑποκριτὴν πεποίηκε, καὶ ταύτας ἐπί σοι πλέξαι τὰς τέχνας. δοῦλον οὖν με σεαυτῆς ἀπὸ ταύτης τῆς ἡμέρας νόμιζε. καί σοι προῖκα ἐπιδίδωμι, τὸ μὲν πρῶτον ἐμαυτόν, ἔπειτα ὅσην οὐχ ὁ πατὴρ ἔδωκέ σοι. τηρήσω δέ σε παρθένον μέχρι περ ἂν σοι δοκῇ. καὶ ταῦτα εἰπὼν, καὶ ἔτι τούτων ἐπαγωγώτερα, τὴν κόρην αὐτοῦ γενέσθαι παρεσκεύασεν. Ἦν δὲ καὶ ὀφθῆναι καλὸς, καὶ στωμύλος καὶ πιθανώτατος, καὶ ἐπειδὴ ἦκεν εἰς τὸ Βυζάντιον, συμβόλαιον ποιησάμενος προικὸς μεγίστης, καὶ τὰ ἄλλα πολυτελῶς παρασκευάσας, ἐσθῆτά τε, καὶ χρυσὸν, καὶ ὅσα εἰς κόσμον γυναικῶν εὐδαιμόνων περιεῖπεν· [1] εὖ καὶ καλῶς ἄχραντον τηρῶν, ὡς ἐπηγγείλατο· ὥστε καὶ αὐτὴν ἠρήκει τὴν κόρην ἤδη. ὁ δὲ καὶ τὰ

Byzantiorum nemini genere cedam. Has insidias tibi me latronum more parare amor coepit. Verum tuum me posthac mancipium puta: tibi enim memet inprimis, deinde fortunas, quantas nunquam tibi pater dedisset, volens lubensque trado: quin etiam a virginitate tua violanda, quamdiu voles, abstinebo. His ille, atque aliis etiam, ad persuadendum aptioribus, erat enim cum adspectu decorus, tum in dicendo & argutus & ad persuadendum aptissimus, puellam suam in sententiam pertraxit. Ac posteaquam Byzantium reversus est, dote ingenti pacta, multisque aliis, veste scilicet, auro, ceterisque rebus ad beatarum mulierum ornatum spectantibus magnifice praeparatis, puellam sane quam splendidissime adornavit, qualemque illam rapuit, virginem, uti antea promiserat, manere passus est. Sic igitur iam ipsi virgini coeperat place-

1 Καὶ ὅσα εἰς κόσμον γυναικῶν εὐδαιμόνων περιεῖπεν) Ita prius editi. Sed melius legas cum hac distinctione: καὶ ὅσα εἰς κόσμον γυναικῶν εὐδαιμόνων, περιεῖπεν εὖ καὶ καλῶς, ἄχραντον τηρῶν. Fovebat ipsam & custodiebat. Περιέπειν, Θεραπεύειν, φυλάττειν.

ἄλλα πάντα παρεῖχεν ἑαυτὸν κοσμιώτατον, καὶ ἐπιεικῆ, καὶ σώφρονα, καὶ ἦν τις ἐξαίφνης περὶ τὸν νεανίσκον θαυμαστὴ μεταβολή. ἕδρας τε γὰρ ἐξανίστατο τοῖς πρεσβυτέροις, καὶ ἐπεμελεῖτο ὀφθάνων προσαγορεύειν τοὺς ἐντυγχάνοντας, καὶ τὸ τέως ἄκριτον πολυτελὲς ἐκ τῆς πρὶν ἀσωτίας εἰς τὸ εὔβουλον μεταπίπτον, τὸ μεγαλόφρον ἐφύλαττε πρὸς τοὺς ἐν χρείᾳ τοῦ λαβεῖν διὰ πενίαν ὄντας. ὥστε θαυμάζειν ἅπαντας τὸ αἰφνίδιον οὕτως ἐκ τοῦ χείρονος εἰς τὸ πάνυ χρηστὸν μετελθόν. ἐμὲ δ' οὖν ἠρήκει πάντων μᾶλλον, καὶ ὑπερηγάπων αὐτὸν, καὶ τὴν πρὶν ἀσωτίαν φύσεως ἐνόμιζον εἶναι θαυμαστὴν μεγαλουργίαν, ἀλλ' οὐκ ἀκρασίαν. κἀμὲ οὖν ὑπεισῆλθε τὸ τοῦ Θεμιστοκλέους, ὅτι κἀκεῖνος τὴν πρώτην ἡλικίαν σφόδρα δοξας ἀκόλαστος εἶναι, πάντας ὑπερέβαλεν Ἀθηναίους ὕστερον σοφίᾳ τε, καὶ ἀνδραγαθίᾳ. καὶ δὴ μετενόουν ἀποσκορα-

re. Ipse vero plerisque in rebus tractandis elegantem, moderatumque ac mansuetum se praestitit: adolescentisque nova quaedam mutatio repente facta est. Nam & senioribus assurgebat, & obviis quibusque salutem prius reddere studebat, quam accepisset: cumque antea immodice sui profusus esset, priore luxuria in prudentiam mutata, liberalitate deinceps erga eos, qui egerent, uti coepit; ut mirarentur omnes, tam subito ex tam pravo tam frugi evasisse. Me vero prae ceteris observabat: ipseque contra, illum deamabam, & priorem luxum admirabilem quandam naturae largitatem potius, quam intemperantiam, fuisse animadverti. Ac mihi tum venit in mentem illud, quod de Themistocle olim dictitatum fuit: qui cum in adolescentia perquam dissolutus esset, omnes tamen deinceps Athenienses prudentia & fortitudine superavit. Me itaque

κίσας αὐτὸν, ὅτε μοι περὶ τοῦ τῆς θυγατρὸς διελέχθη γάμου. καὶ γὰρ ἐμὲ σΦόδρα ἐθεράπευε, καὶ ἐκάλει πατέρα, καὶ κατὰ τὴν ἀγορὰν ἐδορυΦόρει, καὶ τῶν εἰς πόλεμον γυμνασίων οὐκ ἠμέλει. ἀλλὰ καὶ πάνυ ἐρρωμένως ἐν ταῖς ἱππασίαις διέπρεπεν. ἦν μὲν οὖν καὶ παρὰ τὸν τῆς ἀσωτίας χρόνον τούτοις χαίρων, καὶ χρώμενος, ἀλλ' ὡς ἐν τρυΦῇ καὶ παιδείᾳ. τὸ δὲ ἀνδρεῖον ὅμως αὐτῷ καὶ τὸ ἔμπειρον λεληθότως ἐτρέΦετο. τέλεον δὲ ἦν αὐτῷ τὸ ἔργον πρὸς τὸ καρτερῶς καὶ ποικίλως διαπρέπειν ἐν τοῖς πολεμικοῖς. ἐπεδίδου δὲ καὶ χρήματα ἱκανὰ τῇ πόλει. κἀκεῖνον ἅμα ἐμοὶ στρατηγὸν προεβάλλοντο. ὅθεν ἔτι μᾶλλον ὑπερηπάζετό με, ὑπήκοόν μοι κατὰ πάντα παρέχων ἑαυτόν.

ιη'. Ἐπεὶ δὲ ἐνικήσαμεν τὸν πόλεμον, ἐπιΦανείᾳ τῶν θεῶν, ὑποστρέψαντες εἰς τὸ Βυζάντιον, εὐΦημοῦντες τὸν Ἡρακλέα, καὶ τὴν Ἄρτεμιν, καὶ ἐχειροτονή-

poenitebat, hominem, cum filiam dari ſibi peteret, repudiaſſe: nam & maximum mihi honorem tribuebat, & patrem appellabat, armatuſque per forum comitabatur. Sed nec a bellicis ſtudiis animus eius abhorrebat: quippe in equeſtribus certaminibus perquam ſtrenue ſe gerebat, quo utpote prima illa etiam intemperanti aetate equis, quanquam temere, & ad luxum paratis, gauderet. Ceterum, cum virili eius robore auctо ſenſim rerum quoque uſu, praecipuum in eo ſtudium fuit, bellicas res fortiter multifariamque tractare. Multo quin etiam aere ſuo privato rempublicam iuvit, mecumque una militum ductor creatus eſt: unde maiorem quoque mihi honorem habuit, obſequentem ſeſe in omnibus praeſtans.

XVIII. Poſtea vero quam de hoſtibus, Diis ipſis nobis coram adſtantibus, victoriam reportavimus, Byzantium reverſi, ego huc Dianae, ille Tyrum Herculi, ad gratias

θημεν [1], ἐγὼ μὲν ἐνταῦθα τῇ Ἀρτέμιδι, ὁ δὲ εἰς Τύρον Ἡρακλεῖ λαβόμενός μου τῆς δεξιᾶς ὁ Καλλισθένης, διηγεῖται πρῶτον τὰ πεπραγμένα αὐτῷ περὶ τὴν Καλλιγόνην· Ἀλλὰ ἅπερ ἐποιησάμην, πάτερ, εἶπε, τὰ μὲν νεότητός, φησι [2], πέπρακται βίᾳ, τὰ δὲ μετὰ ταῦτα προαιρέσει. παρθένον γὰρ τὴν κόρην μέχρι τούτου τετήρηκα, καὶ ταῦτα πολέμοις ὁμιλῶν, ἐν οἷς οὐδεὶς ἀναβάλλεται τὰς ἡδονάς. νῦν οὖν εἰς τὴν Τύρον αὐτὴν ἀπαγαγεῖν ἔγνωκα πρὸς τὸν πατέρα, καὶ νόμῳ παρ' ἐκείνου λαβεῖν τὸν γάμον. ἂν μὲν οὖν ἐθελήσῃ μοι δοῦναι τὴν κόρην, ἀγαθῇ τύχῃ δέξομαι· ἂν δὲ σκαιὸς γένηται καὶ δύσκολος, παρθένον αὐτὴν ἀπολήψεται. ἐγὼ γὰρ προῖκα ἐπιδιδοὺς οὐκ εὐκαταφρόνητον, ἀγαπητῶς ἂν λάβοιμι τὸν γάμον. ἀναγνώ-

referendas miſſi ſumus. Sed prius tamen dextera prehendens me Calliſthenes, quae Calligones cauſa facta fuiſſent, commemoravit: Eorum, inquiens, pater, quae antea fecimus, iuventus natura audacior cauſa fuit: quae vero poſt, iudicio adhibito commiſſa fuerunt. Virginem enim puellam hactenus ſervavi, belli praeſertim tempore, quo nemo ſibi oblatas perfruendarum voluptatum occaſiones abire pati vult. Nunc eam Tyrum ad patrem ducere, & ab eo, ſicuti leges iubent, in uxorem accipere, omnino conſtitui. Quod ſi impetravero, id optime: ſin autem difficilis ille atque moroſus ſpondere negaverit, virginem etiam filiam ſuam ſibi habeat: quam tamen ego hercule non contemnenda dote confecta uxorem lubens

1 Καὶ ἐχειροτονήθημεν) Dele καὶ, & lege: ἐπεὶ δὲ ἐνίκησαμεν - - Ἀρτέμιν, ἐχειροτονήθημεν, ἐγὼ μὲν ἐνταῦθα Ἀρτέμιδι κ. τ. λ.

2 Φησι) Abundat; praeceſſerat enim εἶπε. Legendum autem φύσει, ac locus ita diſtinguendus: Τὰ μὲν νεότητος φύσει πέπρακται βίᾳ, τὰ δὲ μετὰ ταῦτα προαιρέσει.

σομαι δέ σοι καὶ τὸ συμβόλαιον ὃ φθάνω πρὸ τοῦ πολέμου γράψας, δεόμενος συνοικῆσαι τῷ Καλλισθένει τὴν κόρην, τό, τε γένος αὐτοῦ καταλέγων, καὶ τὸ ἀξίωμα καὶ τὰς ἐν τοῖς πολέμοις ἀριστείας. τοῦτο γάρ ἐστιν ἡμῖν τὸ συγκείμενον. ἐγὼ δέ, ἢν τὴν ἔφεσιν ἀγωνισώμεθα, διέγνωκα πρῶτον μὲν εἰς τὸ Βυζάντιον διαπλεῦσαι, μετὰ ταῦτα δὲ εἰς τὴν Τύρον. Καὶ ταῦτα διαμυθολογήσαντες ἐκοιμήθημεν τὸν αὐτὸν τρόπον.

ιθ'. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ παραγενόμενος ὁ Κλεινίας ἔφη Θέρσανδρον διὰ τῆς νυκτὸς ἀποδεδρακέναι. τὴν γὰρ ἔφεσιν οὐχ ὡς ἀγωνισόμενον πεποιῆσθαι· βουλόμενον δὲ μετὰ προφάσεως ἐπισχεθῆναι τὸν ἔλεγχον ὧν ἐτόλμησε. μείναντες οὖν τῶν ἑξῆς τριῶν ἡμερῶν, ὅσων ἦν ἡ προθεσμία, προσελθόντες τῷ προέδρῳ, καὶ τοὺς νόμους ἀναγνόντες, καθ' οὓς οὐδεὶς ἔτι τῷ Θερσάνδρῳ

duxerim. Tabellas vero etiam, quas, antequam ad bellum exirem, puellam Callistheni nubere optans, conscripseram, tibi recitabo: in iis enim genus illius, dignitatem, rei militaris usum recensui. Quae autem inter nos pacti eramus, haec sunt. Mihi vero, si etiam post Thersandri provocationem secundum nos iudicatum fuerit, Byzantium primum, deinde Tyrum, navigare in animo est. Hic cum ille dicendi finem fecisset, cubitum se quisque nostrûm, ubi pridie quoque somnum ceperat, contulit.

XIX. Postridie reversus ad nos Clinia, Thersandrum noctu solum vertisse, ab eoque, non quod se quidquam assecuturum speraret, provocatum fuisse; sed id causae sumtum, ut, indicio eorum, quae ausus fuerat, faciendo moram proiiceret, narravit. Nos triduum adhuc morati, (ad tantum enim temporis vadimonium durabat) Praesidem rursum convenimus: recitatisque legibus, ex quibus

λόγος πρὸς ἡμᾶς ἦν, νεὼς ἐπιβάντες καὶ οὐρίῳ χρησάμενοι πνεύματι, κατήραμεν εἰς τὸ Βυζάντιον, κἀκεῖ τοὺς πολυεύκτους ἐπιτελέσαντες γάμους, ἀπεδημήσαμεν εἰς τὴν Τύρον. δύο δὲ ὕστερον ἡμερῶν τοῦ Καλλισθένους ἐλθόντος, εὕρομεν τὸν πατέρα μέλλοντα θύειν τοὺς γάμους τῆς ἀδελφῆς εἰς τὴν ὑστεραίαν. παρῆμεν οὖν ὡς καὶ συνθύσοντες αὐτῷ καὶ εὐξόμενοι τοῖς θεοῖς, τούς τε ἐμοὺς καὶ τοὺς ἐκείνου γάμους σὺν ἀγαθαῖς φυλαχθῆναι τύχαις. καὶ διεγνώκαμεν ἐν τῇ Τύρῳ παραχειμάσαντες διελθεῖν εἰς τὸ Βυζάντιον.

ΤΕΛΟΣ
τῶν περὶ Λευκίππην καὶ Κλειτοφῶντα ἐρωτικῶν πλασμάτων.

nullam Therſandro nos accuſandi cauſam fuiſſe apparebat, navi conſcenſa, leviſſimoque flante vento, Byzantium, ubi peroptatas confecimus nuptias, deinde Tyrum navigavimus. Quo in loco, cum biduo poſt illuc adventaſſet Calliſthenes, patrem ob ſororis nuptias poſtera die ſacra facturum comperimus. Adfuimus itaque, ut una operaremur, Deoſque, ut noſtras omnium nuptias felices fortunataſque eſſe vellent, precaremur, eo conſilio, ut, hieme illic acta, Byzantium rediremus.

FINIS.

2578-378

3 vols
Collated perfect
B Quaritch
[illegible]

3 vols
XS

Eur Hist
3435